www.e-rara.ch

# Plotini Platonicorum facile coryphæi Opervm Philosophicorvm Omnivm Libri LIV. In Sex Enneades Distribvti

**Plotinus**
**Poliziano, Angelo**
**Dazzi, Andrea**
**Porphyrius**

**Basileæ, MDXXC. [1580]**

**Universitätsbibliothek Bern**

Shelf Mark: MUE Gross O 44

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-74031

Plotini ennead. quintae, liber III. De substantiis cognoscentibus, & de illo quod superius est.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ
## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Ε,
### ΛΟΓΟΣ Γ.

# PLOTINI
## ENNEAD· QVINTAE,
### LIBER III.

ΠΕΡῚ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων, καὶ τοῦ ἐπέκεινα.

De ſubſtantijs cognoſcentibus,& de illo quod ſuperius eſt.

*Quod cogniturum eſt ſeipſum, non cogitur propterea eſſe adeò ſimplex, vt nulla prorſus in eo differentia ſit, ſicut eſt ipſum vnum: ſed ita ſimplex eſſe debet, vt in quolibet ſui totum penitus includatur, eiusq; actio expleatur tota momento. Eiuſmodi eſt intellectus.* *Cap. I.*

*Quando intellectum dicimus noſſe ſeipſum, non diuidimus in duo, quorum alterum tantùm cognoſcat, alterum ſolummodo cognoſcatur, alioquin non aliquid idem ſeipſum, ſed aliud cognoſceret aliud: ſed volumus ipſum cognoſcens vnà cum cognito ſe quoq; complecti. Ad ſenſum quidem pertinet ſolùm, quæ extra animam ſunt cognoſcere: ad imaginationem verò etiam quæ ſunt in anima, id eſt ſenſuum actiones: ad ratione͂ præterea ſeipſam inueſtigare: ad intellectum deniq; ſe cognoſcere. Atq; huius perfecta quadã participatione etiam ad ratione͂ quandoq; ſe noſſe.*

OPERÆPRECIVM eſt A
indagare, nunquid quod ſeipſum intelligit, oporteat in ſe variũ eſſe, vt vno quodam eorum quæ ſunt in ipſo reliqua cõtemplatum, ita demum ſeipſum intelligere iudicetur: perinde ac ſi omnino ſit ſimplex, nequeat in ſe cõuerti, ſeq; cognoſcere. An fieri poſsit, vt etiam quod non eſt compoſitum, intelligat ſemet B
ipſum? Principiò quide͂ quod dicitur, aliquid propterea ſe intelligere poſſe quòd compoſitũ ſit, atq; ita vno quodam ſuorum cognoſcat & reliqua, veluti ſi ſenſu formam noſtram reliquamq; naturam corporis cognoſcamus, nequaquam id conſequitur, vt ſeipſum reuera cognoſcat. In eo namq; quod ita ſe habet, totum erit cognitum, niſi & illud quod intelligit alia ſibi coniuncta, intelligat etiã ſemetipſum: alioquin non proueniet quod eſt quæſitum, vt ſci- C
licet aliquid idem ſeipſum animaduertat, ſed vt aliud potius percipiat aliud. Aſſeuerandum igitur & ſimplicis ipſius eſſe, ſeipſum animaduertere: atq; hoc quomodo fiat, ſi quidem fieri poſsit inueſtigandum: alioquin dimittenda eſt opinio, per quam putemus ſeipſum quippiam reuera cognoſcere. Abijcere quidem opinionem eiuſmodi haud admodum facilè eſt: quippe cum multa hinc ſecutura videantur abſurda. Et enim ſi fortè id muneris animæ nequa- D
quam attribuamus, quaſi nõ admodum ſit abſurdum: veruntamen neq; id quide͂ mentis naturę tribuere eſt proculdubio abſurdiſsimum: ſi inquam aliorum quide͂ notitiam habeat, ſui verò ipſius notitiam ſcientiamq; nõ habeat. Atqui exter-

ΑΡΑ τὸν νοῦν ἑαυτὸ ποικίλον δεῖ εἶναι, ἵνα ἐνί τινι τῶν ἐν αὐτῷ τὰ ἄλλα θεωροῦν, οὕτω δὴ λέγηται νοεῖν ἑαυτὸ, ὡς τοῦ ἁπλοῦ παντάπασιν ὄντος, οὐ δυναμένου εἰς ἑαυτὸ ἐπιστρέφειν, καὶ τὴν αὑτοῦ κατανόησιν, ἢ οἷόν τε καὶ μὴ σύνθετον ὂν, νόησιν ἴσχειν ἑαυτοῦ. τὸ μὲν γὰρ διότι σύνθετον λεγόμενον νοεῖν ἑαυτὸ, ὅτι δὴ ἑνὶ τῶν ἐν αὐτῷ τὰ ἄλλα νοεῖ. ὥσπερ ἂν εἰ τῇ αἰσθήσει καταλαμβάνοιμεν αὐτῶν τὴν μορφὴν, καὶ τὴν ἄλλην τοῦ σώματος φύσιν, οὐκ ἂν ἔχοι τὸ ὡς ἀληθῶς νοεῖν αὐτό. οὐ γὰρ τὸ πᾶν ἔσται ἐν τῷ τοιούτῳ ἐγνωσμένον, μὴ κἀκείνου τοῦ νοήσαντος τὰ ἄλλα τὰ σὺν αὐτῷ, καὶ ἑαυτὸ νενοηκότος. ἔσται τε οὐ τὸ ζητούμενον τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ, ἀλλ' ἄλλο ἄλλο. δεῖ τοίνυν θέσθαι καὶ ἁπλοῦ κατανόησιν ἑαυτοῦ, καὶ τοῦτο πῶς, σκοπεῖν εἰ δυνατόν. ἢ ἀποστατέον τῆς δόξης, τῆς τοῦ αὐτὸ ἑαυτὸ νοεῖν τι ὄντως. ἀποστῆναι μὲν οὖν τῆς δόξης ταύτης, οὐ πάνυ οἷόν τε, πολλῶν ἀτόπων συμβαινόντων. καὶ γὰρ εἰ μὴ ψυχῇ δοίημεν τοῦτο, ὡς πάνυ ἄτοπον ὂν: ἀλλὰ μὴ δὲ νοῦ τῇ φύσει διδόναι, παντάπασιν ἄτοπον. εἰ τῶν μὲν ἄλλων γνῶσιν ἔχει, ἑαυτοῦ δὲ μὴ ἐν γνώσει καὶ ἐπιστήμῃ καταστήσεται. καὶ

γὰρ τῶν μὲν ἔξω ἡ αἴσθησις, ἀλλ' οὐ νοῦς ἀντιλήψεται. καὶ εἰ βούλει διάνοια καὶ δόξα. ὁ δὲ νοῦς τούτων γνῶσιν ἔχει, ἢ μή, σκέψασθαι προσήκει. ὅσα δὲ νοητά, νοῦς δηλονότι γνώσεται. ἆρ οὖν αὐτὰ μόνον, ἢ καὶ ἑαυτόν, ὃς ταῦτα γνώσεται; καὶ ἆρα οὕτω γνώσεται ἑαυτόν, ὅτι γινώσκει ταῦτα μόνον. τίς δὲ ὢν οὐ γνώσεται. ἀλλ' ἃ μὲν αὐτοῦ γνώσεται ὅτι γιγνώσκει, τίς δὲ ὢν γιγνώσκει οὐκέτι, ἢ καὶ τὰ ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτόν. καὶ τίς ὁ τρόπος, καὶ μέχρι τίνος, σκεπτέον.

A externorum quidem perceptionem ſenſus, nõ intellectus habebit: ac inſuper ſi vis, cogitatio, & opinio. Vtrum verò intellectus horum cognitionem habebat, nec ne, expedit indagare. Certè quæcunq; intelligibilia ſunt intellectus ipſe cognoſcet. Num igitur ea ſolùm, an etiam ſeipſum qui hæc ipſa cognoſcit? Et nunquid ſeipſum ita cognoſcet tantùm, quoniam videlicet hæc ſe noſſe cognoſcet? At quisnam exiſtens ipſe hæc interea nouerit, non apprehen- B det? ſed fortè ſua quędam cognoſcere comprehendet. Quis verò ſit ipſe dum percipit, non percipiet? an potius & ſua & ſeipſum nouerit? Item quisnam modus, & quouſque id fiat, eſt nobis conſiderandum.

*Potentia rationalis, quæ ſemper in diſcurrẽdo verſatur, media eſt inter imaginationẽ & intellectum & vtrinq; formas quaſdam in ſe admittit, easq; componit, & diuidit, formasq; nuper ab imaginatione venientes accommodat formis antiquis in mente, vel à mente exiſtentibus, atq; in hac accommodatione intellectualis efficitur. Cap. II.*

*Hinc duo in nobis intellectus apparent, permanens ſcilicet & diſcurrens, qui & conſequitur diſcurrendo.*

ΠΡΟΤΕΡΟΝ δὲ περὶ ψυχῆς ζητητέον, εἰ δοτέον αὐτῇ γνῶσιν ἑαυτῆς, καὶ τί τὸ γινῶσκον ἐν αὐτῇ, καὶ ὅπως. τὸ μὲν οὖν αἰσθητικὸν αὐτῆς, αὐτόθεν ἂν φαῖμεν τοῦ ἔξω μόνον εἶναι. καὶ γὰρ εἰ τῶν ἔνδον ἐν τῷ σώματι γινομένων συναίσθησις εἴη, ἀλλὰ τῶν ἔξω ἑαυτοῦ καὶ ἐνταῦθα ἡ ἀντίληψις. τῶν γὰρ ἐν τῷ σώματι παθημάτων ὑφ' ἑαυτοῦ αἰσθάνεται. τὸ δ' ἐν αὐτῇ λογιζόμενον, παρὰ τῶν ἐκ τῆς αἰσθήσεως φαντασμάτων παρακειμένων τὴν ἐπίκρισιν ποιούμενον, καὶ συνάγον, καὶ διαιροῦν. ἢ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ νοῦ ἰόντων, ἐφορᾷ οἷον τοὺς τύπους. καὶ ἔχει καὶ περὶ τούτους, τὴν αὐτὴν δύναμιν. καὶ σύνεσιν ἔτι προσλαμβάνει. ὥσπερ ἐπιγινῶσκον, καὶ ἐφαρμόζον τοῖς ἐν αὐτῷ ἐκ παλαιοῦ τύποις, τοὺς νέους καὶ ἀρτι ἥκοντας. ὃ δὴ καὶ ἀναμνήσεις φαῖμεν ἂν τῆς ψυχῆς εἶναι. καὶ νοῦς ὁ τῆς ψυχῆς μέχρι τοῦδε ἱστάμενος τῇ δυνάμει, ἢ καὶ εἰς ἑαυτὸν στρέφεται καὶ γινώσκει ἑαυτόν, ἢ ἐπὶ τὸν νοῦν ἀνενεκτέον τοῦτο. γνῶσιν μὲν γὰρ ἑαυτοῦ τούτῳ τῷ μέρει διδόντες, νοῦν αὐτὸν φήσομεν. καὶ ὅπη διοίσει τοῦ ἐπάνω, ζητήσομεν. μὴ δὲ διδόντες ἐπ' ἐκεῖνον ἥξομεν τῷ λόγῳ βαδίζοντες. καὶ τὸ αὐτὸ ἑαυτό, ὅ, τι ποτέ ἐστι σκεψόμεθα. εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἐν τῷ κάτω δώσομεν, τίς ἡ διαφορὰ τοῦ νοεῖν ἑαυτὸ σκεψόμεθα. εἰ γὰρ μὴ δὲ μία, ἤδη τοῦτο νοῦς ὁ ἀκρότατος. τοῦτο τοίνυν τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς ἆρα ἐπιστρέφει ἐφ' ἑαυτὸ καὶ αὐτὸ ἢ οὔ. ἀλλὰ ὧν δέχεται τύπων, ἐφ' ἑκάτερα τὴν σύνεσιν ἴσχει. καὶ πῶς τὴν σύνεσιν ἴσχει, πρῶτον ζητητέον.

A PRIMO igitur de anima quærendum eſt, an tribuenda ſit ei cognitio ſui, quidue in ipſa ſit tale cognoſcens, & qua ratione. Senſualem quidem virtutem iudicamus ex ipſa ſui conditione ſolùm circa externa verſari: atqui quamuis quæ intra corpus fiunt perſentiantur, perceptio tamen eiuſmodi ad illa pertinet, quæ ſunt extra ſenſum. tũc enim paſsiones quæ ſub ipſo fiunt in corpore ſentit. Eſt inſuper in anima virtus ratiocinandi circa imaginationes in- B cidentes à ſenſu dijudicans, easq; coniungens atq; etiam diuidens: intuetur quinetiam quaſi figuras eorum quæ ab intellectu deſcendunt, habetq; circa eas vim prorſus eandem: aſſumit quoq; intelligentiam, vtpote quod perpendat, accõmodetq; figuris antiquis nouas nuperq; venientes: qua quidẽ in re animæ reminiſcentiam conſiſtere arbitramur. Et profectò intellectus animæ huc vſq; ſua virtute ſe ſiſtit. Quærendum igitur, num hæc ratiocinandi virtus C in ſe conuertatur, ſeq; cognoſcat, an potius id ad intellectum ſit referendũ? Si enim ſui ipſius cognitionem huic animæ parti attribuamus, hanc ipſam confitebimur eſſe mentem: & quonam potiſsimũ à ſuperiore differat mente, perquirere compellemur: Sin autem nequaquam attribuamus, ratio nos ad illam perducet mentem, quidue ſit ſeipſum noſſe conſiderabimus. Quòd ſi & hîc inferiori id munus attribuerimus, rurſus inueſtigabimus, quònam differant D in ſe cognoſcendo intellectus ſuperior & inferior. Nempe ſi nihilo, iam hic noſter intellectus eſt purus. Sed enim vis ipſa animæ diſcurrendi, nunquid ipſa quoq; ſe in ſe cõuertit? an potius non conuertitur, ſed habet formarum notitiam, quas vtrinq; nanciſcitur? Ac ſanè primò quærendum eſt, quònam pacto notitiam eiuſmodi conſequatur.

*Ratio nuntiante ſenſu & imaginatione iudicat obuium eſſe Socratem: ſi addit eſſe bonum, iuſtum, ſapientem, perpendit hæc, definitq; per regulas bonitatis, iuſtitiæ, ſapientiæ: quæ primò lucent in mente, atq; inde ſubrutilant rationi circa talia ſe verſanti. Cap. III.*

*Cum rationis proprium ſit in motu agere, & motus tendat in aliud, meritò ratio communiter circa alia potius quàm circa ſeipſam ſe volutat, ideo non eſt eius proprium ſe cognoſcere. Pleriq; tres in cœlo ponunt eſſentias, ſcilicet*

*in corpore materiam atq; formam, & præter hoc ipſam cœli animam, & materiam ſuæ ſemper ſubeſſe formæ, corpus animæ. Similiter tres circa animam, noſtram eſſentias: animam ſcilicet, irrationalem rationali ſubditam, rationalem verò menti perpetuò cohærentẽ, quaſi cœlum animæ cæleſti perpetuò copulatum. Hanc Plotinus hic opinionem videtur attingere. Atqui & eiuſmodi copulam Theophraſtus, Themiſtius, Auerrois excogitauiſſe videntur. Poſſumus etiam Platonico magis more Plotinum interpretari, dicentes, ideo negare intellectum eſſe partem animæ, quia videlicet nõ ſit pars, id eſt, potentia huius ſubſtantiæ, qua ratione dicitur anima. Dicitur enim anima, quatenus pertinet ad diſcurſum, ſiue per vniuerſalia, ſiue per particularia diſcurratur. Sed intellectus ipſa mera ſubſtantia eſt, cui eſt ſubnexa potentia, quæ appellatur anima. Iam verò & ipſa ſubſtãtia nominatur anima ſecundum potentiam diſcurrentem. nominatur & intellectus ſecundum ipſam ſubſtantiæ rationem. Idem enim eſt eſſe atq; intelligere, non tamen idem eſſe atq; diſcurrere: ideo ſemper intelligit æquè, non tamẽ ſemper æquè diſcurrit.*

SENSVS quidẽ vidit hominẽ, figuramq; A
eius tradidit cogitãdi virtuti: hæc autem quid-
nam dicit? Fortè nondũ ait quicquam, ſed no-
uit tantùm, atq; ita quieuit: niſi forſan ita ſecũ
ipſa percurrat, quisnam hic eſt? ſiquidem prius
aliquando in hũc inciderit, dicatq; de illo nũc,
memoria vtens, illum ſcilicet, eſſe Socratem: ſi
autem euoluat inſuper explicetq; formã, diui-
dit iam quæ imaginatio tradidit. Quòd ſi dicat
inſuper, vtrum ſit bonus, tunc per illa quæ ſen- B
ſu nouerat tale aliquid dicit. Quòd autẽ ſuper
his dicit, à ſeipſa iam habet, regulam ſanè boni
penes ſe poſsidet. Bonum verò quónam modo
apud ſeipſam habet? Quatenus videlicet eſt (vt
ita dixerim) boniformis, atq; corroborata iam
eſt ad tale aliquid ſentiendum, mente ſibi deſu-
per rutilante. Ipſum nanq; animæ purum hoc
exiſtit, accipitq; impreſſa à mente veſtigia. At
cúrnam hoc ipſum non eſt intellectus: ſed ani-
ma eſt quod reliquum eſt totum à virtute ſen-
ſus exorſum? Quia ſcilicet animam oportet in C
quadam rationis diſcurſione verſari. Hæc au-
tem omnia ſunt diſcurrẽtis virtutis officia. Sed
cur non parti huic ſui cognoſcendi munus at-
tribuentes inquirendi finem efficiamus? Quia
videlicet munus ei cõceſsimus in externis cõ-
ſiderandis, dũ in plura inſuper ſollicitè diſtra-
hatur: mentis verò proprium iudicamus, ſe-
ipſum ſibiq; intima cõtemplari. Si quis autem
dixerit, quidnam prohibet, ſollicitum illud per
aliam quandam animæ vim ſua interdum ani- D
maduertere, is certè nõ ipſam cogitandi ratio-
cinandiq; virtutem exigit, ſed purum iam acci-
pit intellectum. Quidnam igitur prohibet, pu-
rum eſſe in anima intellectũ? nihil ſanè prohi-
bere dicemus. Præterea nũ intellectum purum
eſſe aliquid animæ aſſeremus? Profectò nõ ani-
mæ quidem dicemus eſſe, noſtrum verò intel-
lectum eſſe fatebimur: qui aliud quiddã ſit præ-
ter ipſam cogitandi naturam, eiq; ſuperimpo-
ſitum, noſtrum tamen, tametſi vnà cum animæ E
partibus hũc minimè numeremus. Forſan ve-
rò noſtrũ affirmabimus, iterumq; nõ noſtrum:
quapropter hoc vtimur, rurſus nõ vtimur, co-
gitatione verò ſemper: itaq; noſtrum quidem
dum vtimur, non noſtrum verò quando non
vtimur. Sed enim quidnã vti intellectu dicen-
dum eſt? An fortè nos illum effectos pronun-
tiare iam vt ille, aut ſaltem ſecundũ illum? Non
enim nos intellectus ſumus: imò igitur ſecun-
dum illum prima videlicet diſcurrendi virtute F
illũ ſuſcipiente Iam verò & per ſenſum ipſi ſen-
timus, nosq; ipſi ſentientes ſumus. Nunquid ergo ſic etiam cogitamus, atque cogitamur? An

Ἡ ΜΕΝ γὰρ αἴσθησις εἶδεν ἄνθρωπον, καὶ ἔδωκε τὸν τύπον τῇ διανοίᾳ. ἡ δὲ τί φησιν. ἢ οὔπω οὐδὲν ἐρεῖ, ἀλλ᾽ ἔγνω μόνον καὶ ἔστη. εἰ μὴ ἄρα πρὸς ἑαυτὴν διαλογίζοιτο τίς οὗτος, εἰ πρότερον ἐνέτυχε τούτῳ καὶ λέγει προσχρωμένη τῇ μνήμῃ ὅτι σωκράτης. εἰ δὲ καὶ ἐξελίττοι τὴν μορφὴν, μερίζει ἃ ἡ φαντασία ἔδωκεν. εἰ δὲ εἰ ἀγαθὸς λέγοι, ἐξ ὧν μὲν ἔγνω διὰ τῆς αἰσθήσεως εἴρηκεν. ὃ δὲ εἴρηκεν ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἤδη παρ᾽ αὐτῆς ἂν ἔχοι, κανόνα ἔχουσα τοῦ ἀγαθοῦ παρ᾽ αὐτῇ. τὸ ἀγαθὸν πῶς ἔχει παρ᾽ αὐτῇ, ἢ ἀγαθοειδής ἐστι. καὶ ἐπερρώσθη δὲ εἰς τὴν αἴσθησιν τοῦ τοιούτου, ἐπιλάμποντος αὐτῇ νοῦ. τὸ γὰρ καθαρὸν τῆς ψυχῆς, τοῦτο. καὶ νοῦ δέχεται ἐπικείμενα ἴχνη. διατί δὲ οὐ τοῦτο νοῦς, τὰ δὲ ἄλλα ψυχὴ ἀπὸ τοῦ αἰσθητικοῦ ἀρξάμενα. ἢ ὅτι ψυχὴν δεῖ, ἐν λογισμοῖς εἶναι. ταῦτα δὲ πάντα, λογιζομένης δυνάμεως ἔργα. ἀλλὰ διατί οὐ τούτῳ τῷ μέρει δόντες τὸ νοεῖν ἑαυτὸ, ἀπαλλαξόμεθα. ἢ ὅτι ἔδομεν αὐτῷ τὰ ἔξω σκοπεῖσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν. νῷ δὲ ἀξιοῦμεν ὑπάρχειν, τὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἐν αὐτῷ σκοπεῖσθαι. ἀλλ᾽ εἴ τις φήσει. τί οὖν κωλύει τοῦτο ἄλλῃ δυνάμει σκοπεῖσθαι τὰ αὐτοῦ, οὐ τὸ διανοητικὸν, οὐδὲ τὸ λογιστικὸν ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ νοῦν καθαρὸν λαμβάνει. τί οὖν κωλύει ἐν ψυχῇ νοῦν καθαρὸν εἶναι. οὐδὲν φήσομεν. ἀλλ᾽ ἔτι δεῖ λέγειν, ψυχῆς τοῦτο. ἀλλ᾽ οὐ ψυχῆς φήσομεν. ἡμέτερον δὲ νοῦν φήσομεν. ἄλλον μὲν ὄντα τοῦ διανοουμένου, καὶ ἐπ᾽ ἄνω βεβηκότα. ὅμως δὲ ἡμέτερον, καὶ εἰ μὴ συναριθμοῖμεν τοῖς μέρεσι τῆς ψυχῆς. ἢ ἡμέτερον, καὶ οὐχ᾽ ἡμέτερον. διὸ καὶ προσχρώμεθα αὐτῷ, καὶ οὐ προσχρώμεθα. διάνοια δὲ ἀεὶ, καὶ ἡμέτερον μὲν χρωμένων. οὐ προσχρωμένων δὲ οὐχ᾽ ἡμέτερον. τὸ δὴ προσχρῆσθαι τί ἐστιν. ἆρα αὐτοὺς ἐκεῖνο γινομένους καὶ φθεγγομένους ὡς ἐκεῖνος, ἢ κατ᾽ ἐκεῖνον. οὐ γὰρ νοῦς ἡμεῖς. κατ᾽ ἐκεῖνο οὖν τῷ λογιστικῷ πρώτῳ δεχομένῳ. καὶ γὰρ αἰσθανόμεθα δι᾽ αἰσθήσεως, καὶ ἡμεῖς οἱ αἰσθανόμενοι. ἆρα

fortè

οὖν καὶ διανοούμεθα οὕτως, καὶ διανοοῦμεν οὕτως, ἢ αὐτοὶ μὲν οἱ λογιζόμενοι, καὶ νοοῦμεν τὰ ἐν τῇ διανοίᾳ νοήματα αὐτοί. τοῦτο γὰρ ἡμεῖς, τὰ δὲ τοῦ νοῦ, ἐνεργήματα ἄνωθεν οὕτως, ὡς τὰ ἐκ τῆς αἰσθήσεως κάτωθεν. τοῦτο ὄντες τὸ κύριον τῆς ψυχῆς μέσον δυνάμεως διττῆς, χείρονος καὶ βελτίονος. χείρονος μὲν τῆς αἰσθήσεως, βελτίονος δὲ τοῦ νοῦ. ἀλλ' αἴσθησις μὲν ἀεὶ, ἡμέτερον δοκεῖ συγκεχωρημένον. ἀεὶ γὰρ αἰσθανόμεθα, νοῦς δὲ ἀμφισβητεῖται. καὶ ὅτι μὴ αὐτὸ ἀεὶ, καὶ ὅτι χωριστός: χωριστὸς δέ, τῷ μὴ προσνεύειν αὐτὸν, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον πρὸς αὐτὸν, εἰς τὸ ἄνω βλέποντας. αἴσθησις δὲ ἡμῖν ἄγγελος, βασιλεὺς δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐκεῖνος.

A forte nos ipſi ratione diſcurrentes ſumus, intelligimusq; ipſi quoq; intelligentiæ notiones in ipſa cogitatione ſubrutilantes? Hoc enim nos ipſi ſumus: actiones verò mentis ita nobis ſunt deſuper, ſicut propria ſenſus nobis inferiora. Sumusq; hoc ipſum animæ proprium, & quantum ad ipſum pertinet principale, duas inter vires medium, deteriorem ſcilicet atque meliorem, id eſt ſenſum inter & intellectum. At ſenſum quidem cõcedere videmur ſemper eſſe B noſtrum, ſemper namq; ſentimus: de intellectu verò id eſt ambiguum: & quia non ſemper hoc vtimur, & quia eſt ſeparatus. Separatus inquã propterea quòd ipſe non annuit ad nos, ſed potius nos ad ipſum ſupernè ſuſpicientes. Senſus deniq; nobis eſt nũtius: rex verò noſter eſt ille.

*Rationalis potẽtia ſecundum quam nos ſumus, dupliciter vtitur intellectu: per participationem ſcilicet atq; formam: & vtrobiq; cognoſcit ſeipſam.* *Cap. IIII.*

*Per participationem quidem, quatenus formas, notiones, regulas quotidie ſuſcipit ab intellectu vbi tanquam ab effectu per actiones ſuas cognoſcit & ſuas vires: per vires agnoſcit eſſentiam, atq; hanc dependere illuminariq; ſemper à mente: per formam verò quando poſt frequentem huiuſmodi acceptionis vſum mentem penitus induit ſicut materia formam, agitq; ſub mentis ipſius actu, ſicut materia poſtquam ſæpius accepit ab igne calorem, ſubit deniq; flammam. Tunc demum tanquam à cauſa ratio ſeipſam vnà cum mẽte perfectè cognoſcit. Rationem Peripatetici intellectum poßibilem, mentem verò intellectum agentem nominauerunt.*

ΒΑΣΙΛΕΥΌΜΕΝ δὲ καὶ ἡμεῖς, ὅταν κατ' ἐκεῖνον. κατ' ἐκεῖνον δὲ, διχῶς. ἢ τοῖς οἷον γράμμασιν, ὥσπερ νόμοις ἐν ἡμῖν γραφεῖσιν: ἢ οἷον πληρωθέντες αὐτοῦ, ἢ καὶ δυνηθέντες ἰδεῖν, καὶ αἰσθάνεσθαι παρόντος. καὶ γινώσκομεν δὲ ἑαυτοὺς, τῷ τοιούτῳ ὁρατῷ, τὰ ἄλλα μαθεῖν τῷ τοιούτῳ: ἢ καὶ τὴν δύναμιν τὴν γινώσκουσαν τὸ τοιοῦτον, μαθόντες αὐτῇ τῇ δυνάμει, ἢ καὶ ἐκεῖνο γινόμενοι. ὡς τὸν γι-

* τὸν νώσκοντα ἑαυτὸν, διττὸν εἶναι. * τὸ μὲν γινώ-

* τὸ σκοντα τῆς διανοίας τῆς ψυχικῆς φύσιν: * τὸν δὲ ὑπὲρ ἄνω τούτου, τὸν γινώσκοντα ἑαυτὸν, κατὰ τὸν νοῦν ἐκεῖνον γινόμενον. κἀκείνῳ ἑαυτὸν νοεῖν αὖ, οὐχ' ὡς ἄνθρωπον ἔτι, ἀλλὰ παντελῶς ἄλλον γινόμενον: καὶ συναρπάσαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ ἄνω, μόνον ἐφέλκοντα τὸ τῆς ψυχῆς ἄμεινον, ὃ καὶ δύναται μόνον πτεροῦσθαι πρὸς νόησιν, ἵνά τις ἐκεῖ παρακατάθοιτο, ἃ εἶδε. τὸ δὴ διανοητικὸν ὅτι διανοητικὸν ἆρα οὐκ οἶδε, καὶ ὅτι σύνεσιν τῶν ἔξω λαμβάνει; καὶ ὅτι κρίνει ἃ ἀνακρίνει, καὶ ὅτι τοῖς ἐν αὐτῷ κανόσιν οὓς παρὰ τοῦ νοῦ ἔχει. καὶ ὡς ἔστι τι βέλτιον αὐτοῦ ὃ ζητεῖ. ἀλλ' ἔχει πάντως δήπου. ἀλλ' ἆρα τί ἐστιν αὐτὸ ὃ οὐκ οἶδεν ἐπιστάμενον, οἷόν ἐστι, καὶ οἷα τὰ ἔργα αὐτοῦ. εἰ οὖν λέγει ὅτι ἀπὸ νοῦ ἐστι,

* ἔχον καὶ δεύτερον μετὰ νοῦν, καὶ εἰκὼν νοῦ: * ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντα οἷον γεγραμμένα, ὡς ἐκεῖ ὁ γράφων καὶ ὁ γράψας, ἆρ' οὖν στήσεται μέχρι τούτων ὁ οὕτως ἑαυτὸν ἐγνωκώς. ἡμεῖς δὲ ἄλλῃ δυνάμει προσχρησάμενοι, νοῦν αὖ γινώσκοντα ἑαυτὸν κατοψόμεθα; ἢ ἐκεῖνον μεταλαβόντες, ἐπείπερ κἀκεῖνος ἡμέτερος,

A REGNAMVS præterea nos, quãdo agimus ſecundum illum. Duobus verò modis ſecundum illum agimus: vel quia velut literæ & quaſi leges inde inſcriptæ ſint nobis, vel quia impleamur eo, aut quoniam eo præſente videre ipſum, & perſentire poſsimus. Cognoſcimus ſanè nos ipſos tali quodã ſpectaculo alia per ipſum diſcere: aut etiã vim ipſam eiuſmodi aliquid cognoſcẽtem, eadem ipſi vi perdiſcentes: aut illud quoq; nos facti: adeò vt quod ſe B ipſum cognoſcit, duplex iam exiſtat: aliud quidem ſe cognoſcens, ſit natura ipſius animæ cogitatrix, aliud verò hac natura ſuperius, vbi ſcilicet qui ſe cognoſcit, ſecundum intellectum illum iam euaſit, rurſusq; illo ſe conſpicit, non tanquam adhuc hominem, ſed omnino aliud quiddam factum, ſeipſumq; ad ſupernum corripientem, ſolumq; trahentem ſecũ quod præſtantius eſt in anima: quod & ſolùm conceptis alis volare ad intelligentiam poteſt, vt illic ali C quis, quæ nouit, iã deponat. Sed nunquid ipſa vis cogitandi non nouit ſe eſſe cogitandi virtutem, externorumq; intelligentiam cumulare? Item iudicare quæ iudicat: iudicare inquam regulis quibuſdam ſibi ab intellectu deſcriptis? Eſſe deniq; præſtantius aliquid ſupra ſe, quod quidẽ nihil vltra perquirit, ſed habet omnino? Verùm enimuero quidnã eſt hoc ipſum, quod ſe minimè nouit, ignorans quale ſit ipſum, & qualia ſint ipſius officia? Si ergo dicit ſeipſum D à mente pendere, & eſſe à mente ſecundũ, mentisq; imaginem habẽtem in ſe omnia velut inſcripta, quemadmodum illic qui ſcribit, quiue iam ſcripſit: nunquid is qui ita ſeipſum nouit, ſiſtet gradum huc vſq; progreſſus? nos autẽ vi alia freti, intellectũ rurſus ſeipſum cognoſcentem perſpiciemus? vel illum ſanè nobiſcum aſſumẽtes, quandoquidem ille quoq; eſt noſter,

viciſsimque nos illius, ita demum intellectum nosq; ipſos percipiemus? Fortè ita potius neceſſarium eſt: ſiquidem percepturi ſimus, quidnam ſit potiſsimũ in intellectu, noſſe ſeipſum. Tunc itaq; aliquis ipſe intellectus euadit, quãdo reliqua ſua dimittẽs, hoc ipſo intuetur hũc ipſum, & ipſo quoq; ſeipſum: quemadmodum & intellectus ipſe ſe contemplatur. A

καὶ ἡμεῖς ἐκείνου, οὕτω νοῦ καὶ αὐτοὺς γνωσόμεθα, ἢ ἀναγκαῖον οὕτως, εἴπερ γνωσόμεθα, ὅτι ποτέ ἐστι τὸ ἐν νῷ αὐτὸ ἑαυτό. ἔστι δὴ νοῦς τις αὐτὸς γεγονὼς, ὅτε τὰ ἄλλα ἀφεὶς ἑαυτοῦ τούτῳ, καὶ τοῦτον βλέπει: αὐτῷ δὲ ἑαυτὸν, ὡς δὴ οὖν νοῦς, ἑαυτὸν ὁρᾷ.

*In eo quod rationali potentia, id eſt intelligentia mobili ſuperius eſt, idem re ipſa eſt intellectus, intelligentia, intelligibile: ideo ſeipſum ſemper intelligit.* *Cap. V.*

*Supra ſenſum qui tantùm ſpectat, externa eſt imaginatio interna reſpiciens: ſuper hanc, quæ aduentitia ſolùm proſpicit: extat ratio, quæ præterea domeſtica conſpicit: ſuper hanc iterum, quæ ab alijs cognitis ad ſe deniq; reuertitur agnoſcendam, eſt intellectus viciſsim exordiens à ſeipſo, ac dũ ſe inſpicit omnia contuens, nõ dico rerum figuras, ſed res ipſas, vt veriſsima cognitio ſit. Si ſe ipſum tangens contingit omnia, ipſe nimirum eſt & omnia: eodemq; prorſus actu, quo ſe intuetur, cõtuetur & omnia, eodem quoq; ſimul agnoſcit cognoſcere ſeipſum atq; omnia. Præcipuè verò primus diuinusq; intellectus, nec ad aliud intelligendũ conuertitur quàm ſeipſum, nec intelligentiam habet accidentalem: imò verò eſſentia eius abſolutè viuens intelligensq;, hoc ipſo eſſentiali vitaliq; intelligentiæ actu fruitur ſemetipſa, cõprehendens interea ſe exiſtentẽ, viuentem, intelligentẽ, vniformem prorſus, & omniformem.*

A NVNQVID igitur intellectus altera ſui parte alteram intuetur? Verùm ſic quidem alterum erit videns, alterum verò viſum. Hoc autem non eſt vnum aliquid noſſe ſeipſum. Quid igitur? Si totum tale ſit, vt conſimilibus partibus ſit compoſitum, adeò vt videns à viſo non differat: ſic vtiq; videns partem illam ſui ſibiq; eandem, interea quoq; ſe videt. Videns namq; à viſo ibi nihilo diſcrepat. Sed primò quidem abſurdum foret intellectum ita diuidere: nam B & quomodo diuiſio fiet? Non enim caſu quodam eſt & temere diuidendus. Tum verò, quiſnam eſt qui diuidit? Num fortè qui in eo ſe ordine ponit, in quo eſt videre, an potius qui in eo, quod eſt videri? Præterea quomodo videns ille cognoſcet ſeipſum, dum ſecundum ipſum videre, ſe in eius gradu cõſtituit, quod videtur? non enim in ipſo viſo ineſt videre. An cognoſcens ita ſeipſum potius tanquã viſum, quàm tanquam videntem conſiderabit? Ideoq; neq; C omnem, neque totum ſeipſum animaduertet. Quem enim nouit hũc quidem viſum, ſed non videntem nouit, atq; ita nõ ſeipſum, ſed alium potius intuebitur. Sed nunquid per ſe adiunget ipſum quoq; videntem, vt ſeipſum perfectè comprehendat? Verùm ſi complectitur & videntem, ſimul quoq; viſa complectitur. Si igitur in ipſa perſpectione perſpectæ res cõtinentur, quæritur nunquid rerũ figuræ, an res ipſæ contineantur. Si figuræ tantùm, res ipſæ non D poſsidentur: ſin autẽ hæ poſsidentur, certè qui eas perſpicit, non ex eo quòd ſeipſum diuiſerit, habet: ſed erat etiam antequam ſe diuideret & contemplator & poſsidens. Si res ita ſe habet, oportet contemplationem idem eſſe cum ipſo (vt ita dixerim) contemplabili, & intellectum intelligibili ſimiliter idem: alioquin ſi non ſit idem, non erit contemplatio vera. Qui enim entia dicitur poſsidere, figuram potius eorum habebit ab eis proculdubio differẽtem, E quod quidem non eſt veritas. Veritatem enim non alterius oportet eſſe, ſed quod dicit, hoc & exiſtere. Sic ergo vnum eſt intellectus, intelligibile, ens, & hoc eſt ens primum, primusque intellectus entia poſsidens: imò verò ipſe atque entia

A ΑΡ' οὖν ἄλλῳ μέρει ἑαυτοῦ ἄλλο μέρος αὐτοῦ καθορᾷ: ἀλλ' οὕτω τὸ μὲν ἔσται ὁρῶν, τὸ δὲ ὁρώμενον. τοῦτο δὲ, οὐκ αὐτὸ ἑαυτό. τί οὖν; εἰ πᾶν τοιοῦτον, οἷον ὁμοιομερὲς εἶναι, ὥστε τὸ ὁρῶν, μηδὲν διαφέρειν τοῦ ὁρωμένου. οὕτω γὰρ ἰδὼν ἐκεῖνο τὸ μέρος αὐτοῦ ὂν, ταὐτὸν αὐτὸ εἶδεν ἑαυτόν. διαφέρει γὰρ οὐδὲν τὸ ὁρῶν, πρὸς τὸ ὁρώμενον. ἢ πρῶτον μὲν, ἄτοπος ὁ μερισμὸς αὐτοῦ. B πῶς γὰρ καὶ μεριεῖ; οὐ γὰρ δὴ κατὰ τύχην. καὶ ὁ μερίζων δὲ τίς; ὁ ἐν τῷ θεωρεῖν τάττων ἑαυτὸν, ἢ ὁ ἐν τῷ θεωρεῖσθαι. εἶτα πῶς ἑαυτὸν γνώσεται ὁ θεωρῶν, ἐν τῷ θεωρουμένῳ τάξας ἑαυτὸν κατὰ τὸ θεωρεῖν. οὐ γὰρ ἦν ἐν τῷ θεωρουμένῳ τὸ θεωρεῖν. ἢ γνοὺς ἑαυτὸν οὕτω θεωρούμενον, ἀλλ' οὐ θεωροῦντα νοήσει. ὥστε οὐ πάντα, οὐδὲ ὅλον γνώσεται ἑαυτόν. ὃν γὰρ εἶδε, θεωρούμενον, ἀλλ' C οὐ θεωροῦντα εἶδε καὶ οὕτως ἔσται, ἄλλον ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν ἑωρακώς. ἢ προσθήσει παρ' αὐτοῦ καὶ τὸν τεθεωρηκότα, ἵνα τέλεον αὐτὸν ᾖ νενοηκώς. ἀλλ' εἰ καὶ τὸν τεθεωρηκότα, ὁμοῦ καὶ τὰ ἑωραμένα. εἰ οὖν ἐν τῇ θεωρίᾳ ὑπάρχει τὰ τεθεωρημένα, εἰ μὲν τύποι αὐτῶν, οὐκ αὐτὰ ἔχει. εἰ δ' αὐτὰ ἔχοι, οὐκ ἰδὼν αὐτὰ ἐκ τοῦ μερίσαι αὐτὸν ἔχει. ἀλλ' ἦν πρὶν μερίσαι D ἑαυτὸν, καὶ θεωρῶν καὶ ἔχων. εἰ τοῦτο δεῖ τὴν θεωρίαν ταὐτὸν εἶναι τῷ θεωρητῷ, καὶ τὸν νοῦν ταὐτὸν εἶναι τῷ νοητῷ. καὶ γὰρ εἰ μὴ ταὐτὸν, οὐκ ἀλήθεια ἔσται. τύπον γὰρ ἕξει ὁ ἔχων τὰ ὄντα, ἕτερον τῶν ὄντων. ὅπερ οὐκ ἔστιν ἀλήθεια. τὴν ἄρα ἀλήθειαν, οὐχ ἑτέρου δεῖ εἶναι. ἀλλ' ὃ λέγει, τοῦτο καὶ εἶναι. ἓν ἄρα οὕτω νοῦς, καὶ τὸ νοητὸν, καὶ τὸ ὄν. καὶ πρῶτον ὄν, τοῦτο. καὶ δὴ καὶ πρῶ- E τος νοῦς, τὰ ὄντα ἔχων: μᾶλλον δὲ ὁ αὐτὸς

τοῖς οὖσιν. ἀλλ' εἰ ἡ νόησις καὶ τὸ νοητὸν ἕν, πῶς διὰ τοῦτο τὸ νοοῦν νοήσει ἑαυτό; ἡ μὲν γὰρ νόησις οἷον περιέξει τὸ νοητὸν, ἢ ταὐτὸν τῷ νοητῷ ἔσται. οὔπω δὲ ὁ νοῦς δῆλος, ἑαυτὸν νοῶν. ἀλλ' εἰ ἡ νόησις καὶ τὸ νοητὸν ταὐτὸν, ἐνέργεια γάρ τις τὸ νοητόν. οὐ γὰρ δὴ δύναμις, οὐδέ γε νοητὸν, οὐδὲ ζωῆς χωρὶς, οὐδ' αὖ ἐπακτὸν τὸ ζῆν, οὐδὲ τὸ νοεῖν ἄλλῳ ὄντι, οἷον λίθῳ, ἢ ἀψύχῳ τινὶ, καὶ οὐσία ἡ πρώτη τὸ νοητόν. εἰ οὖν ἐνέργεια, καὶ ἡ πρώτη ἐνέργεια. καὶ καλλίστη δὴ νόησις ἂν εἴη, καὶ οὐσιώδης νόησις. καὶ γὰρ ἀληθεστάτη νόησις δὴ τοιαύτη καὶ πρώτη οὖσα, καὶ πρώτως, νοῦς ἂν εἴη ὁ πρῶτος. οὐδὲ γὰρ ὁ νοῦς οὗτος δυνάμει· οὐδ' ἕτερος μὲν αὐτὸς, ἡ δὲ νόησις ἄλλο. οὕτω γὰρ ἂν πάλιν τὸ οὐσιῶδες αὐτοῦ, δυνάμει. εἰ οὖν ἐνέργεια, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἐνέργεια, ἓν καὶ ταὐτὸν τῇ ἐνεργείᾳ ἂν εἴη, ἓν δὲ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ ὂν καὶ τὸ νοητόν· ἓν ἅμα πάντα ἔσται, νοῦς, νόησις, τὸ νοητόν. εἰ οὖν ἡ νόησις αὐτοῦ τὸ νοητὸν, τὸ δὲ νοητὸν αὐτὸς, αὐτὸς ἄρα ἑαυτὸν νοήσει. νοήσει γὰρ τῇ νοήσει, ὅπερ ἦν αὐτός. καὶ νοήσει τὸ νοητὸν, ὅπερ ἦν αὐτός. καθ' ἑκάτερον ἄρα ἑαυτὸν νοήσει, καθότι καὶ ἡ νόησις αὐτὸς ἦν, καὶ καθότι τὸ νοητὸν αὐτός. ὅπερ ἐνόει τῇ νοήσει, ὃ ἦν αὐτός.

A entia idearum. At ſi intelligentia & intelligibile vnum eſt, quónam modo ob hoc intelligens intelliget ſemetipſum? Intelligentia enim velut complectetur intelligibile, vel idē vnà cum ipſo erit, nondum tamē conſtabit intellectum perſpicuè ſe cognoſcere. Cęterùm ſi intelligentia & intelligibile idem eſt, actus enim quidam eſt ipſum intelligibile: ſiquidem non potentia quædam tantùm eſt ipſum intelligibile, neque vita vacans, neq; ibi rurſus viuere aduentitium B eſt, vel intelligere ſubiecto diuerſo velut lapidi, vel cuipiam vita carenti, & eſſentia prima eſt ipſum intelligibile. Si ergo inquam illic eſt actus, actusq; primus, nimirū & actus optimus intelligentia eſt, & intelligentia (vt ita dicam) eſſentialis. Etenim veriſsima intelligentia eſt eiuſmodi, & prima, primoq; exiſtens: ideoque intellectus primus hæc erit. Hic enim intellectus neq; in potentia eſt, neq; aliud quidē ipſe, aliud autem intelligentia: alioquin ita rurſus C ipſum eius eſſentiale in potentia quadam erit. Quamobrem ſi actus eſt & eſſentia eius actus, vnum idemq; actui eſſe cenſebitur. Cùm verò ſit vnum actui ens ipſum atque intelligibile, vnum ſimul erunt cuncta, intellectus, intelligentia, intelligibile. Si igitur intelligentia eius eſt ipſum intelligibile, atq; ipſe eſt intelligibile ipſum, nimirum ipſe intelliget ſemetipſum. Intelliget enim per ipſam intelligentiam, quod quidem exiſtit ipſe, & intelliget intelligibile, D quod eſt & ipſe ſimiliter. Vtrinque igitur ſe prorſus intelliget, tum quatenus ipſe intelligentia eſt, tum quatenus eſt ipſe rurſus intelligibile, quod quidem per intelligentiam hanc intelligit quæ eſt ipſe.

*Intellectus ipſe cum in ſe permaneat, nec actione nec affectu inclinetur ad alia, meritò circa ſe agit intelligendo ſeipſum. Anima verò cum contrà ſit affecta, contrà ſe habet ad cognoſcendum.* Cap. VI.

*In toto cognitionis ordine gradum infimum tenet ſenſus, intellectus verò ſummum. Cum igitur ſenſus rectam in cognoſcendo lineam teneat, alia tantùm attingendo, meritò intellectus circularem agit omnino, ſeipſum ſuaq; penitus contemplando: ratio verò plurimum eſt obliqua. Formæ rerum quæ ſunt in mēte, eſſentiales ſunt omnino. Quæ verò illinc impreſſæ rationi ſunt ab æuo, quaſi eſſentiales ſunt: quæ autem à mente quotidie reſultāt in ratione, minus adhuc eſſentiales exiſtunt: quæ deniq; in rationē ab imaginatione redundant, eſſentiales minimè. Anima igitur tunc demum ſe cognoſcit, quando inferiores formas ſuperioribus formis accommodat.*

Ὁ ΜΕΝ δὴ λόγος ἀπέδειξεν εἶναί τι, τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κυρίως νοεῖν. νοεῖ οὖν ἄλλως μὲν ἐπὶ ψυχῆς ὄν. ἐπὶ δὲ τοῦ νοῦ κυριώτερον. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ ἐνόει ἑαυτὴν, ὅτι ἄλλου. ὁ δὲ νοῦς, ὅτι αὐτός. καὶ οἷος αὐτός. καὶ ὅστις. καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως. καὶ ἐπιστρέφων εἰς ἑαυτόν. τὰ γὰρ ὄντα ὁρῶν, ἑαυτὸν ἑώρα. καὶ ὁρῶν, ἐνέργεια ἦν. καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτός. νοῦς γὰρ καὶ νόησις, ἕν. καὶ ὅλος ὅλῳ. οὐ μέρει ἄλλο μέρος. ἆρ' οὖν τοιοῦτον ὁ λόγος ἔδειξεν, οἷον καὶ ἐνέργειαν πιστικὴν ἔχειν, ἢ ἀνάγκη μὲν οὕτως. πειθὼ δὲ οὐκ ἔχει. καὶ γὰρ ἡ μὲν ἀνάγκη, ἐν νῷ. ἡ δὲ πειθὼ ἐν ψυχῇ. ζητοῦμεν δὴ ὡς ἔοικεν ἡμεῖς πεισθῆναι μᾶλλον, ἢ ἐν νῷ καθαρῷ θεάσασθαι τὸ ἀληθές. καὶ γὰρ καὶ ἕως * οἱ μὲν ἄνω, ἐν νοῦ φύσει ἠρκούμεθα, καὶ ἐνοοῦμεν,

* ἦμεν

A RATIO igitur demonſtrauit aliquid eſſe debere, quod ſeipſum propriè præcipueq; intelligat, intelligit autē ſe aliter quod eſt in anima, aliter verò principaliusq; quod eſt in mente. Anima quidem cognoſcit ſeipſam quod ſit alterius: mens verò quod ſit ipſa, & qualis ipſa, & quænam ſit, & id quidē ſuapte natura videlicet in ſe conuerſa. Videns enim entia ſe ſe videt: atq; vidēs eſt in actu, ipſaq; eſt actus. Intellectus enim & intelligētia idem & toto ſe conſpicit totū, non partē parte diſcernit. Num igi- B tur talem ratio demonſtrauit, qualis credulam habeat actionem? Profectò ſic habet neceſsitatem, credulitatem verò non habet perſuaſione deductam. Etenim neceſsitas quidē in mente, perſuaſio verò verſatur in animo. Quærimus vtiq; vt videtur perſuaſionem potius reportare, quàm mente pura perſpicere veritatem. Atqui quamdiu in ſuperna extitimus regione, in ipſa mentis natura ſufficienter inde nos habebamus, eoq; ſtatu contenti tunc intelligebamus,

& in vnum omnia colligentes contemplabamur. Intellectus enim erat, qui tunc intelligebat, ac de ſeipſo dicens: Anima verò quietem tunc agebat actioni officioq; mentis ritè concedens. Poſtquam verò huc deuenimus, viciſſim animo perſuaſionē inducere exoptamus, tanquam in imagine exemplar cōtemplari volentes. Forſan ergo oportet noſtram animam edocere, qua potiſsimùm ratione ſeipſum intellectus intueatur: docere inquam hāc ipſam naturā animæ, quæ intellectualis eſt quodammodo, ponentes eam cogitatricem, atque ipſa denominatione latenter ſignificantes eam intellectum quendam eſſe, vel vim quandam per intellectum, ipſumq; munus ab intellectu ſortiri. Hanc inquam noſſe decet, ſe quoque quæcunq; videt cognoſcere, & noſſe quę dicit. Atq; ſi ipſa foret illa quæ dicit, cognituram ſanè ita ſeipſam. Cum verò adſint, vel ſaltem fiāt ei deſuper illinc, vnde pendet & ipſa, conuenit nimirum huic quoq; cum ſit ipſius ratio quædā, accipiatq; cognata, vt veſtigijs ſibi impreſsis hæc accommodans, ita demū ſeipſam animaduertat. Transferat ergo imaginem in verum intellectum, qui ſanè idem eſt atq; illa quæ verè intelligūtur, vereq; ſunt & prima: quippe cum conſtet fieri nō poſſe, vt intellectus talis ſit extra ſeipſum. Quapropter ſiquidem in ſeipſo & cum ſeipſo eſt, idq; ipſum quod eſt, omnino intellectus exiſtit. Mens nanq; eſſe amens nunquam poteſt, meritò neceſſarium eſt, ſui ipſius notitiam huic ineſſe: præſertim cum hic in ſeipſo permaneat, neq; aliud ipſius opus atq; eſſentia ſit, quàm vt ſolùm ſit intellectus. Non enim intellectus hîc in actione verſatur, quo quidem ex munere externa proſpiciens diſtractusq; à ſeipſo per illa cognitionē habeat propriam externis rebus addictam. Neq; verò neceſſarium eſt, ſi fortè in actione ſit conſtitutus ſeipſum animaduertere: cui verò neq; actio imminet, neq; enim affectus eſt in mente pura, nimirū abſente omni prorſus impedimēto, conuerſio huic ad ſeipſum omnino directa, ipſam ſui ipſius cognitionem nō tantùm oſtendit eſſe probabilem, ſed etiam neceſſariam. Alioquin quænam eius vita foret, quando ab actione vacet omnino, & totus in mente ſit poſitus?

A καὶ εἰς ἓν πάντα συναγαγόντες, ἑωρῶμεν. νοῦς γὰρ ἦν ὁ νοῶν, καὶ περὶ αὑτοῦ λέγων. ἡ δὲ ψυχὴ ἡσυχίαν ἦγε, συγχωροῦσα τῷ ἐνεργήματι τοῦ νοῦ. ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα γεγενήμεθα, πάλιν αὖ καὶ ἐν ψυχῇ πειθώ τινα γενέσθαι ζητοῦμεν, οἷον ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον θεωρεῖν ἐθέλοντες. ἴσως οὖν χρὴ τὴν ψυχὴν ἡμῶν διδάξαι, πῶς ποτε ὁ νοῦς θεωρεῖ ἑαυτόν. διδάξαι δὲ τοῦ- B το τῆς ψυχῆς ὃ νοερόν πως, διανοητικὸν αὐτὸ τιθέμενοι. καὶ τῇ ὀνομασίᾳ ὑποσημαίνοντες, νοῦν τινα αὐτὸ εἶναι. ἢ διὰ νοῦ τὴν δύναμιν, καὶ παρὰ νοῦ αὐτὸ ἴσχειν. τοῦτο τοίνυν γιγνώσκειν προσήκει, ὡς καὶ αὐτό, ὅσα ὁρᾷ γινώσκει. καὶ οἶδεν, ἃ λέγει. καὶ εἰ αὐτὸς εἴη ἃ λέγει, γινώσκοι ἂν ἑαυτὸ οὕτω. ὄντων δὲ ἢ ἄνωθεν αὐτῷ γινομένων ἐκεῖθεν, ὅθεν περ καὶ αὐτό, C συμβαίνοι ἂν καὶ τούτῳ λόγῳ ὄντι, καὶ συγγενῆ λαμβάνοντι. καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἴχνεσιν ἐφαρμόττοντα, οὕτω τοι γινώσκειν ἑαυτό. μεταθέτω τοίνυν, καὶ ἐπὶ τὸν ἀληθῆ νοῦν τὴν εἰκόνα, ὃς ἦν ὁ αὐτὸς τοῖς νοουμένοις ἀληθέσι, καὶ ὄντως οὖσι καὶ πρώτοις. καὶ ὅτι μὴ οἷόν τε τοῦτον τὸ τοιοῦτον, ἐκτὸς ἑαυτοῦ εἶναι. ὥστε εἴπερ ἐν ἑαυτῷ ἐστι καὶ σὺν ἑαυτῷ, καὶ τοῦτο ὅπερ ἐστὶ νοῦς ἐστιν. ἀνόητος δὲ νοῦς, οὐκ ἄν ποτε εἴη. ἀνάγκη συνεῖναι D αὐτῷ τὴν γνῶσιν ἑαυτοῦ. καὶ ὅτι ἐν αὐτῷ οὗτος, καὶ οὐκ ἄλλῳ αὐτῷ τὸ ἔργον, καὶ ἡ οὐσία, ἢ τὸ νῷ μόνον εἶναι. οὐ γὰρ δὴ πρακτικός τε οὗτος, ὡς πρὸς τὸ ἔξω βλέποντι τῷ πρακτικῷ. καὶ μὴ ἐν αὐτῷ μένοντι, εἴη ἂν τῶν μὲν ἔξω τις γνῶσις. ἀνάγκη ἢ οὐκ ἔνεστιν. εἴπερ τὸ πᾶν πρακτικός, εἴη γινώσκειν ἑαυτόν. ᾧ δέ, μὴ πρᾶξις. οὐδὲ γὰρ ὄρεξις τῷ καθαρῷ νῷ, ἀπόντος. τού- E τῳ ἡ ἐπιστροφὴ πρὸς αὐτὸν οὖσα, οὐ μόνον εὔλογον ὑποδείκνυσι τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαίαν αὐτοῦ τὴν γνῶσιν. τίς γὰρ ἂν καὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ εἴη, πράξεως ἀπηλλαγμένῳ, καὶ ἐν νῷ ὄντι.

*Intellectus cum ad inferiora ſe non vertat, ſitq; forma prorſus in actu, ideoq; vacare ab actione non poſsit, meritò circa ſeipſum ſemper agit atq; Deum.* *Cap. VII.*

*Vbi in ſe conuertitur, ſe quidem cognoſcit per formam, Deum verò per effectum. Vbi ad Deum vertitur, Deum quidem quaſi per formam videt, ſe verò per cauſam. Cum potentia vegetalis ſolum agat circa inferiora, rationalis autē circa inferiora, ſuperiora ſeipſam meritò intellectus circa ſeipſum atq; ſuperius: quæ ab intellectu proficiſcuntur, eo in ſe manente ſecumq; agente fiunt: quæ verò ab anima, ea quodammodo mota. Sed hæc quoniam intelligentiæ diuinæ progenies eſt, ideo vel circa intelligentias diuinas ſe conuertit vbi contemplatur, vel circa regulas atq; leges, quæ intelligentiarum imagines ſunt, verſatur, vbi gubernat, vel circa corporeas formas, quæ intelligentiarum vmbræ ſunt ſe verſat, vbi fabricat, ſenſibusq; vagatur.*

CÆTERVM intellectum in eo ſtatu intelligere Deum afferre poſſemus. Quod ſiquis intellectum tunc intelligere Deum cōfiteatur, hac etiā conditione ſeipſum quoq; cognoſcere ſtatim concedere compelletur. Etenim quæcunq; à Deo habet, agnoſcet, & quæ ille tradidit, & quę tradere poteſt. Hæc autē diſcens atq;

A ἈΛΛᾺ τὸν θεὸν θεωρεῖ εἴποι μὲν ἄν. ἀλλ᾽ εἰ τὸν θεὸν γινώσκειν αὐτόν τις ὁμολογήσει, καὶ ταύτῃ συγχωρεῖν, ἀναγκασθήσεται καὶ ἑαυτὸν γινώσκειν. καὶ γὰρ ὅσα ἔχει παρ᾽ ἐκείνου, γνώσεται. καὶ ἃ ἔδωκε, καὶ ἃ δύναται ἐκεῖνος. ταῦτα δὲ μαθὼν καὶ

γνοὺς

νοῦς, καὶ ταύτῃ ἑαυτὸν γνώσεται. καὶ γὰρ ἕν τι τῶν δοθέντων αὐτὸς, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ δοθέντα αὐτός. εἰ μὲν οὖν κἀκεῖνο γνώσεται, καὶ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μαθὼν, καὶ ἑαυτὸν γνώσεται ἐκεῖθεν γενόμενος, καὶ ἃ δύναται κομισάμενος. εἰ δὲ ἀδυνατήσει ἰδεῖν σαφῶς ἐκεῖνον, ἐπειδὴ τὸ ἰδεῖν ἴσως αὐτό ἐστι τὸ ὁρώμενον, ταύτῃ μάλιστα λείποι τ' ἂν αὐτῷ ἰδεῖν ἑαυτὸν καὶ εἰδέναι, εἰ τὸ ἰδεῖν τοῦτο ἐστὶ, τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ὁρώμενον. τί γὰρ ἂν καὶ δοίημεν αὐτῷ ἄλλο. ἡσυχίαν, νὴ δία. ἀλλὰ νῷ ἡσυχία, οὐ νοῦ ἐστιν ἔκστασις, ἀλλ' ἐστιν ἡσυχία τοῦ νοῦ, σχολὴν ἄγουσα ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐνέργεια. ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς ἐστιν ἡσυχία, ἑτέρων, καταλείπεται ἡ αὐτῶν οἰκεία ἐνέργεια. καὶ μάλιστα οἷς τὸ εἶναι, οὐ δυνάμει ἐστὶν, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ. τὸ εἶναι οὖν ἐνέργεια, καὶ οὐδὲν πρὸς ὃ ἡ ἐνέργεια, πρὸς αὐτῷ ἄρα. ἑαυτὸν ἄρα νοῶν, οὕτω πρὸς αὐτῷ, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὴν ἐνέργειαν ἴσχει. καὶ γὰρ εἴ τι ἐξ αὐτοῦ τῷ εἰς αὐτὸν, ἐν ἑαυτῷ. ἔδει γὰρ πρῶτον ἑαυτῷ, εἶτα καὶ εἰς ἄλλο. ἢ ἄλλό τι ἥκειν ἀπ' αὐτοῦ, ὁμοιούμενον αὐτῷ: οἷον καὶ πυρὶ ἐν αὐτῷ πρότερον ὄντι πυρὶ, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχοντι πυρός. οὕτω τοι καὶ ἴχνος αὐτοῦ δυνηθῆναι ποιῆσαι, ἐν ἄλλῳ. καὶ γὰρ αὖ καὶ ἐστιν, ὁ μὲν νοῦς, ἐν αὐτῷ ἐνέργεια· ἡ δὲ ψυχὴ, τὸ μὲν ὅσον πρὸς νοῦν αὐτῆς, οἷον εἴσω. τὸ δ' ἔξω νοῦ, πρὸς τὸ ἔξω. κατὰ θάτερα μὲν γὰρ, ὡμοίωται ὅθεν ἥκει. κατὰ θάτερα δὲ, καί τοι ἀνωμοιωθεῖσα, ὅμως ὡμοίωται καὶ ἐνταῦθα. εἴτε πράττοι, εἴτε ποιοῖ. καὶ γὰρ καὶ πράττουσα, ὅμως θεωρεῖ: καὶ ποιοῦσα, εἴδη ποιεῖ, οἷον, νοήσεις ἀπηρτισμένοις. ὥστε πάντα εἶναι ἴχνη νοήσεως, καὶ νοῦ, κατὰ τὸ ἀρχέτυπον προϊόντων: καὶ μιμουμένων τῶν μὲν ἐγγὺς, μᾶλλον, τῶν δὲ ἐσχάτων, ἀμυδρὰν ἀποσωζόντων εἰκόνα.

A cognoſcens, hac quoq; ratione ſeipſum nouerit: nam & ipſe vnum aliquid eorum eſt, quæ data ſunt, imò verò ipſe omnia quæ data ſunt exiſtit. Si ergo cognoſcat illum, vires quoque ipſius percipiens ſeipſum etiam agnoſcet inde factus, & quæ ille poteſt illinc accipiens: ſin autem illum clarè perſpicere nequeat quoniam fortè ipſum quod videre dicitur, ſit ipſū quod videtur, hac potiſſimùm ratione reliqua huic erit viſio ſui ipſius atq; notitia: ſiquidem videre B hoc ipſum eſt, ſcilicet id ipſum exiſtere quod videtur. Quid enim huic aliud tribuamus? per Iouem quietē. Sed mentis quies non eſt à mente alienatio, imò quies mētis eſt ſua ipſius actio ab alijs vndiq; vacans: quandoquidem cæteris quoq; omnibus, quibus quies & ab alijs vacatio datur, reliqua eſt actio propria: præſertim quibus eſſe ipſum non in potentia quadam eſt, ſed actu. Vbi ergo eſſe actus eſt, nihilq; reliquū eſt ad quod ſit actus eiuſmodi, nimirū ſibimet C incumbit. Seipſum ergo intelligens, ſic vtique ſecum habitat, & ad ſeipſum dirigit actionem. Atqui ſi quid præterea pendet ex ipſo, propterea pendet, quod ad ſeipſum vergit, & in ſeipſo quieſcit. Oportet enim prius apud ſe conſiſtere, deinde in aliud inſuper agere, vel aliud inde procedere ei ſimile factum: quemadmodum & igni conuenit, vt prius quidē in ſeipſo ſit ignis actionemq; ignis habeat, atq; ita demum veſtigium ſuum in aliud poſſit imprimere. Iam ve-D rò intellectus quidem actus eſt in ſeipſo: anima verò quatenus ad intellectum vergit, quaſi habitat intus: quatenus autem mente egreditur, ad externa porrigitur. Aliunde igitur euadit illi ſimilis, vnde venit: aliunde rurſus quamuis diſſimilis quodammodo prodeat, tamen ibi quoq; ſimilitudinem quandam retinere videtur, ſeu agat, ſiue faciat: nempe etiam dum agit, interea cōtemplatur: & cum facit, tunc ſpecies efficit, velut intelligētias quaſdam à primis in-E telligentijs lōgo ordine ductas: adeò vt omnia intelligentiæ intellectusq; veſtigia ſint ſecundum exemplar primum, gradibus prodeuntia, illudque pro viribus imitantia, propinquiora quidem magis, poſtrema verò imaginem quandam exiguam præſeferentia.

*Cum anima per vegetationem, ſenſum, imaginationem ſe porrigat foras, ſolùm verò per intellectuales quaſdam ſcintillas fiat compos in ſe reflectendi, conſtat intellectum ipſum eſſe lumen perpetuò in ſeipſum per ſe reflexum.* *Cap. VIII.*

*Si oculi angulum leuiter digito preſſeris, lumē intimum ſibi ipſi protinus emicabit: Multò id facilius vberiusq; efficeret, ſi tantum in oculo lumen haberes, quantum animalia quæ nocte vident. ſimiliter ad ſe intellectus ipſe ſe habet. Formæ quidem in materia adeò cum materia ſunt vnitæ, vt opus vnum vnam efficiant actionem: multò magis ſeminales formarum rationes in natura: multò etiam magis intelligibiles in intellectu rationes vnitæ ſunt intellectui: ſicut radij lumini per quos intellectus & anima perſpicacius ſenſibilia cernit quàm per ſenſum. Iā verò & Auicenna, & Henricus Magnus Scoti præceptor, natura Platonicus, intellectuales formas in intellectu vel anima, ſiue ingenitas illi, ſiue huic acquiſitas non tam modo caracterum, quàm habitus cuiuſdam naturalis ineſſe putant: quo quidem habitu animus ad hoc vel illud facilè ſeſe vertat.*

ΠΟΙΟ'Ν δὲ τί ὁρᾷ τὸ νοητὸν ὁ νοῦς, καὶ ποιόν τι ἑαυτοῦ, ἢ τὸ μὲν νοητὸν, * οὐδὲ δεῖ ζητεῖν. οἷον τὸ ἐπὶ τοῖς σώμασι χρῶμα ἢ σχῆμα. πρὶν γὰρ ταῦτα εἶναι, ἐστιν ἐκεῖνα. καὶ ὁ λόγος δὲ

* οὔτε

A QVÆRENDVM eſt preterea, quale potiſſimum intellectus intelligibile videat, qualē quoq; ſeipſum. Forſan verò intelligibile quidem ipſum non oportet quærere tale, qualis eſt in corporibus ſiue color, ſiue figura. Priuſquam enim hæc ſint, exiſtunt illa. Atqui & ratio

ſeminibus inſita hæc facientibus non eſt hæc ipſa: inuiſibilia enim ſunt hæc etiam ipſa natura, multoq; magis illa, eademq; eſt natura illorum, illaq; habentium: quemadmodum ratio quæ eſt in ſemine, atq; anima ipſa hæc habens. Sed hæc quidem quę habet, nequaquam inſpicit, neque enim ipſa genuit, ſed eſt ipſa quoque ſimulachrum, rationeſque ſimiliter ſeminales. Illud autem vnde venit perſpicuum eſt, & verum, primoq; exiſtens: vnde & ſui ipſius eſt, & ſibi viuit. Hoc autem niſi fiat alterius, & in altero, neq; manet quidem. Imagini nanq; conuenit, vt quoniam alterius eſt, & in altero fiat, niſi forſan ſit illi connexa. Quamobrem neq; aſpicit, vt pote quod ſufficiens non habeat lumen: ac ſi aſpiciat, quandoquidem in alio quodam factum eſt perfectũ, non ſeipſum, ſed aliud aſpicit. Cæterùm nihil horum illic eſt, ſed viſio ſimulq; viſibile ſuum. Et tale quidem eſt viſibile, qualis eſt & viſio, viciſſimq; viſio talis, quale viſibile. Quiſnam igitur quale ipſum ſit affirmat? Certè qui videt. Intellectus verò videt: quoniam & apud nos viſio ipſa cum ſit lumen, imò verò lumini copulata videt lumen: videt nanq; colores: illic autem nõ per aliud, ſed per ſeipſam cernit, quoniá neq; foras aſpicit. Alio ergo lumine lumen aliud intuetur, non certè per aliud. Lumen igitur aliud aſpicit lumen, ipſum igitur conſpicit ſemetipſum. Hoc verò lumen refulgens in anima animum illuſtrauit: hoc autem eſt, intellectualem efficit, hoc verò eſt, ſimiliter eſt in ſeipſo atq; ſublime lumen. Si ergo quale eſt veſtigiũ luminis impreſſum animæ, tale multoq; etiam pulchrius, maiuſq;, & clarius ſupernum lumẽ exiſtimaueris, propius iam acceſſeris ad ipſam intellectus intelligibiliſq; naturam: nam & hoc infuſum vitam præſtitit animo clariorem, vitam inquam non genitricem: nam è contrà conuertit animum in ſeipſum, neq; diſſipari permiſit, ſed effecit, vt claritatem menti inſitam adamaret. Neq; rurſus vitam attulit ſenſualem. Hæc enim proſpicit extra, neq; propterea certius apprehendit. Sed qui lumen illud verorum fontem haurit quaſi videt clarius viſibilia, quamuis contraria ratione. Reliquum eſt igitur, vt vitæ mentis veſtigium intellectualem induat vitam. ibi enim ipſa vera conſiſtunt. Atqui vita actuſq; in mente lumen eſt primum ſibimet primò refulgens, ſplendorq; ad ſeipſum aſſiduè micans, lucens ſimul & illuminatũ. Ac reuera intelligibile intelligens intellectũ, ſibiq; met perſpectum, neq; alio indigens quo perſpiciat, ſed ſibimet ſufficiens ad cernendũ: nempe quod videt id ipſum eſt quod cernitur. Apud nos quoq; fermè illud idem, adeò vt cognitio ipſius apud nos per ipſum efficiatur: alioquin vnde nam de ipſo proferre poſſemus? quemadmodũ videlicet illud quidẽ tale ſit, quale poſſit ſeipſum apprehendere perſpicacius: nos autem idem per ipſum ſimiliter valeamus. Iam verò conſtat per argumentationes eiuſmodi, nos animũ ad illud attollere, animũ inquam, aſſeuerantẽ ſe eſſe illius imaginem, vitamq; ſuã circa illud imaginẽ eſſe, ſimilitudinemq; illius, & quando intelligit, formam ſe quandam intellectus ipſius deiq; ſubire.

A ὁ ἐν τοῖς σπέρμασι τοῖς ταῦτα ποιοῦσιν, οὐ ταῦτα. ἀόρατα γὰρ τῇ φύσει καὶ ταῦτα. καὶ ἔτι μᾶλλον ἐκεῖνα. καὶ ἔστι φύσις ἡ αὐτὴ ἐκείνων καὶ τῶν ἐχόντων, οἷον ὁ λόγος ὁ ἐν τῷ σπέρματι. καὶ ἡ ἔχουσα ψυχὴ ταῦτα. ἀλλ' ἡ μὲν, οὐχ ὁρᾷ ἃ ἔχει. οὐδὲ γὰρ αὐτὴ ἐγέννησεν, ἀλλ' ἔστι καὶ αὐτὴ εἴδωλον, καὶ οἱ λόγοι. ὅθεν δὲ ἦλθε, τὸ ἐναργὲς καὶ τὸ ἀληθινὸν καὶ τὸ πρώτως, ὅθεν καὶ ἑαυτοῦ ἐστι, B καὶ αὑτῷ, τοῦτο δὲ, ἂν μὴ ἄλλου γένηται καὶ ἐν ἄλλῳ, οὐδὲ μένει. εἰκόνι γὰρ προσήκει, ἑτέρου οὖσαν ἐν ἑτέρῳ γίγνεσθαι: εἰ μὴ εἴη ἐκείνου ἐξηρτημένη. διὸ οὐδὲ βλέπει, ἅτε δὴ φῶς ἱκανὸν οὐκ ἔχον. κἂν βλέπῃ δὲ τελειωθὲν ἐν ἄλλῳ, ἄλλο καὶ οὐχ αὑτὸ βλέπει. ἀλλ' οὖν τοῦτο ἐκεῖ οὐδὲν, ἀλλ' ὅρασις. καὶ τὸ ὁρατὸν αὐτῇ ὁμοῦ. καὶ τοιοῦτον τὸ ὁρατὸν, οἷον ἡ ὅρασις: καὶ ἡ ὅρασις, οἷον τὸ ὁρατόν. τίς οὖν αὐτὸ ἐρεῖ οἷόν ἐστιν; ὁ ἰδών, C νοῦς δὲ ὁρᾷ. ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα ἡ ὄψις φῶς οὖσα, μᾶλλον δὲ ἑνωθεῖσα φωτὶ, φῶς ὁρᾷ. χρώματα γὰρ ὁρᾷ. ἐκεῖ δὲ, οὐ δι' ἑτέρου, ἀλλὰ δι' αὑτῆς, ὅτι μηδὲ ἔξω. ἄλλῳ οὖν φωτὶ, ἄλλο φῶς ὁρᾷ, οὐ δι' ἄλλου. φῶς ἄρα φῶς ἄλλο ὁρᾷ. αὐτὸ ἄρα αὑτὸ ὁρᾷ. τὸ δὲ φῶς τοῦτο ἐν ψυχῇ μὲν ἐλλάμψαν, ἐφώτισε: τοῦτο δ' ἐστι, νοερὰν ἐποίησε. τοῦτο δ' ἐστιν ὁμοίως ἐν ἑαυτῷ τῷ ἄνω φωτί. D οἷον οὖν ἐστι τὸ ἴχνος τὸ ἐγγενόμενον τοῦ φωτὸς ἐν ψυχῇ, τοιοῦτον καὶ ἔτι κάλλιον αὐτὸ νομίζων καὶ ἐναργέστερον, ἐγγὺς ἂν * γένοιο φύσεως νοῦ καὶ νοητοῦ. καὶ γὰρ αὖ καὶ ἐπιλαμφθὲν * τούτῳ, ζωὴν ἔδωκε τῇ ψυχῇ ἐναργεστέραν. ζωὴν δὲ, οὐ γεννητικήν. τοὐναντίον γὰρ ἐπέστρεψε πρὸς ἑαυτὴν τὴν ψυχὴν, καὶ σκίδνασθαι οὐκ εἴασεν. ἀλλ' ἀγαπᾶν ἐποίησε, τὴν ἐν αὐτῷ ἀγλαΐαν. οὐ μὴν οὐδὲ αἰσθητικήν. αὕτη γὰρ ἔξω βλέπει, E καὶ οὐ μᾶλλον αἰσθάνεται. ὁ δ' ἐκεῖνο τὸ φῶς τῶν ἀληθῶν λαβὼν, οἷον βλέπει μᾶλλον τὰ ὁρατά. ἀλλὰ τοὐναντίον. λείπεται τοίνυν, ζωὴν νοερὰν προσειληφέναι, ἴχνος νοῦ ζωῆς. ἐκεῖ γὰρ τὰ ἀληθῆ. ἡ δὲ ἐν τῷ νῷ ζωὴ καὶ ἐνέργεια, τὸ πρῶτον φῶς ἑαυτῷ λάμπον πρώτως, καὶ πρὸς αὑτὸ λαμπηδὼν, λάμπει ὁμοῦ, καὶ λαμπόμενον, τὸ ἀληθῶς νοητὸν, καὶ νοοῦν καὶ F νοούμενον, καὶ ἑαυτῷ ὁρώμενον. καὶ οὐ δεόμενον ἄλλου, ἵνα ἴδῃ, αὑτῷ αὔταρκες πρὸς τὸ ἰδεῖν. καὶ γὰρ ὃ ὁρᾷ, αὐτό ἐστι γιγνωσκόμενον. καὶ παρ' ἡμῶν αὐτὸ ἐκεῖνο, ὡς καὶ παρ' ἡμῶν τὴν γνῶσιν αὐτοῦ δι' αὐτοῦ γίγνεσθαι. ἢ πόθεν ἂν ἔχομεν λέγειν περὶ αὐτοῦ. τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον σαφέστερον μὲν ἀντιλαμβάνεσθαι αὐτοῦ. ἡμᾶς δὲ δι' αὐτοῦ. διὰ δὲ τῶν τοιούτων λογισμῶν, ἀνάγεσθαι καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν εἰς αὐτὸ, εἰκό- G να θεμένην ἑαυτὴν εἶναι ἐκείνου. ὡς τὴν αὐτὴν ζωὴν, ἴνδαλμα καὶ ὁμοίωμα εἶναι ἐκείνου. καὶ ὅταν νοῇ, θεοειδῆ, καὶ νοοειδῆ γίνεσθαι.

* γίνοιτο
* τοῦτο

Conſtat

καὶ ἑαυτῆς αὐτὸν ἀπαιτῇ ὁποῖον ὁ νοῦς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τέλεος. καὶ πᾶς ὁ γινώσκων πρῶτος ἑαυτὸν ἐν τῷ νῷ αὐτὴν πρῶτον γινομένην, ἢ παραχωρήσασαν τῷ νῷ τὴν ἐνέργειαν, ὧν ἔσχε τὴν μνήμην ἐπ' αὐτῇ. ταῦτα δὲ ἔχουσα δεικνῦσαι ἑαυτὴν, ὡς δι' αὐτῆς εἰκόνος οὔσης ὁρᾶν δύνασθαι ἀμηγέπη ἐκεῖνον, διὰ τῆς ἐκείνῳ πρὸς τὸ ἀκριβέστερον ὁμοιουμένης, ὅσον ψυχῆς μέρος εἰς ὁμοιότητα νῷ δύναται ἐλθεῖν.

A Conſtat rurſus ſiquis optauerit noſſe qualis præcipuè ſit intellectus ille perfectus & omnis primoq; ſe comprehendẽs, oportere in primis animum in mentem redigere, vel ſaltem actionem ſuam menti concedere, actionem inquam circa illa ſe verſantem, quorũ in ſe memoriam retinet. Animo ſanè hæc habenti & ſic affecto eum licet demonſtrare ſeipſum, qui per ſe velut imaginem illũ quodammodo valeat intueri, ob vitam præcipuè animi illud expreſsiori B quadam ſimilitudine referẽtis: quatenus videlicet pars animæ quædam ſeipſam poteſt ad mentis ſimilitudinem reuocare.

*Si ſeiunctis ab anima inferiorum virium motibus, ipſam eius rationalem virtutem acceperis omnibus ſub intellectu intellectualibus notionibus coruſcantem, ſubitò in hac velut imagine contemplaberis intellectum ſicut in luna plena ſolem.*

*Cap. IX.*

*Eſt autem rationalis anima naturaliter etiam imago mentis, vt lumen exiſtens proximum lucis inſitæ ſoli à ſolo intellectu dependens. Quinq; mũdos Timæus nominat, & Plutarchus inducit. Mundus omniforme ſignificat ornamentum. Infimus igitur mundus eſt qui conſpicitur in materia longè ſuperior, qui in natura viget: aliquantò ſublimior qui in imaginatione formarum quandoq; pleniſsima: multò præſtantior, qui in ratione quaſi ſpeculo intellectus æmulo: excelſus qui fulget in mente. In mundo ſequente præcedentem gradatim velut in ſpeculo ſpeculabere, atq; viciſsim ex ſuperiore inferiorem tanquam ex ſpecula contemplabere.*

A ΨΥΧΗ͂Ν οὖν ὡς ἔοικε, καὶ τὸ ψυχῆς θειότατον κατιδεῖν δεῖ, τὸν μέλλοντα νοῦν εἴσεσθαι
* ὅ,τι *ὅτι ἐστί. γένοιτο δ' ἂν τοῦτο ἴσως καὶ ταύτῃ· εἰ ἀφέλοις πρῶτον τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ δηλονότι σαυτοῦ. εἶτα καὶ τὴν πλάττουσαν τοῦτο ψυχὴν, καὶ τὴν αἴσθησιν δὲ εὖ μάλα. ἐπιθυμίας δὲ καὶ θυμοὺς, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας φλυαρίας, ὡς πρὸς τὸ θνητὸν νευούσας, καὶ πάνυ. τὸ δὴ λοιπὸν αὐτῆς τοῦτό ἐστιν, ὃ εἰκόνα ἔφαμεν B νοῦ, σώζουσάν τι φῶς ἐκείνου. οἷον ἡλίου μετὰ τὴν τοῦ μεγέθους σφαῖραν, τὸ περὶ αὐτὴν ἐξ αὐτῆς λάμπον. ἡλίου μὲν οὖν τὸ φῶς, οὐκ ἄν τις συγχωρήσειεν ἐφ' ἑαυτοῦ, περὶ αὐτὸν ἥλιον εἶναι, ἐξ οὗ ὡρμημένον καὶ περὶ αὐτὸν μεῖναν, ἄλλο δὲ ἐξ ἄλλου ἀεὶ προϊὸν τοῦ πρὸ αὐτοῦ, ἕως ἂν εἰς ἡμᾶς καὶ ἐπὶ γῆς ἥκῃ, ἀλλὰ πᾶν καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἥλιον θήσεται ἐν ἄλλῳ, ἵνα μὴ διάστημα διδῷ κενὸν, τὸ μετὰ τὸν ἥλιον, σώματος. C ἡ δὲ ψυχὴ ἐκ νοῦ φῶς τι περὶ αὐτὸν γινομένη, ἐξήρτηταί τε αὐτοῦ, καὶ οὔτε ἐν ἄλλῳ, ἀλλὰ περὶ ἐκεῖνον. οὔτε τόπος αὐτῇ. οὐδὲ γὰρ ἐκείνῳ. ὅθεν, τὸ μὲν τοῦ ἡλίου φῶς, ἐν ἀέρι. αὐτὴ δὲ ἡ ψυχὴ, ἡ τοιαύτη καθαρὰ, ὥστε καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ὁρᾶσθαι, ὑπό τε
* νοῦν αὐτῆς, καὶ ἄλλης τοιαύτης. καὶ αὐτῇ μὲν περὶ * νοῦ
* οἷον συλλογιστέα, * οἷος ἀφ' ἑαυτοῦ σκοπουμένη. νοῦς δὲ αὐτὸς αὐτὸν οὐ συλλογιζόμενος, περὶ αὐτοῦ. D πάρεστι γὰρ ἀεὶ αὐτῷ· ἡμεῖς δὲ, ὅταν εἰς αὐτόν. μεμέρισται γὰρ ἡμῖν ἡ ζωὴ, καὶ πολλαὶ ζωαί. ἐκεῖνος δὲ οὐδὲν δεῖται ἄλλης ζωῆς, ἢ ἄλλων. ἀλλ' ἃς παρέχει, ἄλλοις παρέχει, οὐχ ἑαυτῷ. οὐδὲ γὰρ δεῖται τῶν χειρόνων. οὐδὲ αὐτῷ παρέχει τὸ ἔλαττον, ἔχων τὸ πᾶν. οὐδὲ τὰ ἴχνη ἔχων τὰ πρῶτα. μᾶλλον δὲ οὐκ ἔχων, ἀλλ' αὐτὸς ὢν ταῦτα. εἰ δέ τις ἀδυνατεῖ τὴν πρώτην, E τὴν τοιαύτην ψυχὴν ἔχειν καθαρῶς νοοῦσαν,

A ANIMAM igitur vt videtur, & quod eſt in anima diuiniſsimum cogitare debet quid intellectus ſit cogniturus. Forſan verò hæc quoq; conditione id aſſequeris: ſi primò quidem corpus ab homine, præcipuè à teipſo ſeiunxeris: Deinde animam id formantem: præſertim verò ſenſum cupiditatemq; & iram, & reliquas eiuſmodi nugas tanquam ad mortale nimium declinãtes. Sic vtiq; reliquum animæ eſt, quod præ ſe ferre diximus imaginem intellectus lu- B men ipſius aliquod reſeruantẽ inſtar luminis; quod poſt ipſum Solis globũ proximè micat; circa ipſum ex ipſo refulgens. Lumen profectò Solis penes ſeipſum & circa ipſum nemo conceſſerit eſſe Solem. Ex quo quidẽ pendens permanet circa ipſum. Aliud autem ex alio deinceps ab antecedente cõtinuè propagatur, quouſq; ad nos terramq; deſcẽdat. Sed enim omne lumen etiã quod eſt circa ſolem quiuis ponet in alio, ne fortè ſpatium quod ſoli ſubeſt cor- C poris vacuum, concedere compellatur. Anima verò lumen quiddam eſt ex mente productum & circa mentem menti connexum: neq; ſedet in alio, ſed extat propè mentẽ. Neq; huic locus eſt vllus, neq; enim locus eſt menti. Quamobrẽ Solis quidem lumẽ eſt in aere. Ipſa verò anima talis eſt adeò pura, vt in ſe ipſa cernatur, tum à ſeipſa, tum ab alia ſimiliter ſe habente. Et ipſa quidem anima de intellectu argumentari compellitur, qualis videlicet ille ſit ex ſeipſa per- D ſcrutans: ipſe verò intellectus ſe contuetur de ſe nequaquam argumentatus. Adeſt enim ſibi ipſi ſemper: nos autem nobis illiq; adſumus, quando conferimus nos ad mentẽ. Vita namq; nobis diuiſa eſt, multæq; ſunt vitæ: ille verò neq; alia quadam vita, neque alijs indiget, ſed quas præbet non ſibimet, ſed alijs exhibet. Non enim deterioribus indiget, neque ſibimet adhibet, quod eſt minus, quippe cum habeat vniuerſum: neque prima rerum habet in ſe quaſi E veſtigia quædam, imò verò non poſsidet hæc; ſed eſt hæc ipſe. Siquis autẽ primam animam talem habere nequeat purè prorſus intelligentem,

ſaltem aſſummat opinatricem, & inde ad ſublimiora cōſcendat. Quòd ſi neq; id quidem poſſit, ſaltem accipiat ſenſum latiores quaſdam in ſe ſpecies afferentem: ſenſum inquam etiam in ſeipſo vnà cum his quæ valet, iamq; præditum ſpeciebus. Tum ſi quem iuuat ad inferiora deſcendere, ad genitricem vim deflectat iter, & ad illa quæ gignit poſtremò deueniat: ſed viciſsim hinc aſcēdat ab vltimis ſpeciebus rurſus ad vltimas, imò verò ad primas accedens.

A δοξαστικὴν λαβέτω· εἶτα, ἀπὸ ταύτης ἀναβαινέτω. εἰ δὲ μὴ οἷόν τε τοῦτο, αἴσθησιν ἐμπλατύτερα τὰ εἴδη κομιζομένην: αἴσθησιν δὲ, καὶ ἐφ' ἑαυτῆς μεθ' ὧν δύναται, καὶ ἤδη ἐν τοῖς εἴδεσιν οὖσαν. εἰ δὲ βούλεταί τις καταβαίνων, καὶ ἐπὶ τὴν γεννῶσαν ἴτω, μέχρι καὶ ὧν ποιεῖ. εἶτα ἐντεῦθεν ἀναβαινέτω ἀπὸ ἐσχάτων εἰδῶν εἰς τὰ ἔσχατα ἀνάπαλιν εἴδη: μᾶλλον δὲ, εἰς τὰ πρῶτα.

*In primo intellectu ſunt formæ omniū: tum ſecundū eſſentiam eædem, tum formali ratione diſtinctæ. Ca. X.*

*Formæ rerum quoniam ibi ſunt primæ, ideo & perfectæ, modoq; perfecto. Igitur eſſentiales exiſtunt: differunt tamen ab intellectu ratione quadam. Ille enim eſt intellectus vnus: hæ verò formæ ſunt multæ. Differunt igitur inter ſe ratione formali: præſertim quoniam intellectus eas tantum inſpicit: atq; inſpiciendo diſtinctè intelligit, facitq; omnia longius etiam inter ſe differentia, id eſt re ipſa, locoq;, & tempore. Intelligētia ſicut & viſio eſt quaſi nixus quidam & apprehenſio atq; diſcretio: quæ quidem tria etiam propria ſunt luminis atq; ignis. Intellectus igitur quatenus intelligendo cōuertitur in ſeipſum, hæc tria erga ſe exercet, & omnino multiplicem ſe declarat: alioquin ſi nulla prorſus in eo differentia ſit, vel eſſe poſit, non erit ibi quod & ad quod annitatur: nec opus applicatione, vel nixu. Non erit quod apprehendat, quódue comprehendatur, nec opus apprehenſione, vel vlla quaſi partium vnione, vel ſui ipſius amplexu: non erit vllus diſcretioni locus. Hactenus Platonici. Chriſtiani verò probant intellectum primum talem formarum multitudinem non habere, quoniam per vnam ſui formam vnoq; actu intelligens omnia, quatenus ſe variè participabilem ad omnia refert, multitudinem non in ſeipſo, ſed extra diſponat.*

DE his quidem ita ſit dictum. Si autem nō ſolùm ſpecies in mēte factæ ſunt, alioquin non eſſent hæ quidem noſtræ poſtremæ: illic autem primæ ſpecies, id eſt efficientes, ideoq; primæ: oportet ſanè tum ſpecies factas illic eſſe, tum pariter effectorem, amboq; vnum exiſtere: ſin minus, intellectus ille alio quodam iterū indigebit. Quid ergo? nonne quod ſuperius eſt rurſus egebit? Nō certè: nam hoc ipſum quod eſt egenum, eſt intellectus. Sed nōnne ſupernum illud ſeipſum videt? Nequaquam. nō enim indiget viſione. Verùm de hoc tractabitur in ſequentibus. In præſentia verò eadem de re iterum pertractemus. Non enim paruifaciendum eſt, de quo nūc agitur. Aſſeuerandum itaq; rurſus hunc intellectum hoc ipſo ſcilicet vt ſe videat indigere, imò verò id ipſum aſsiduè poſſidere. Itaque primo quidem hinc id habet vt ſit multiplex: deinde vt ſit alterius: tum neceſſariò vt ſit videndi compos, illius inquam videndi, cuius & eſſe dicitur: præterea vt eius eſſentia ipſa ſit viſio. Etenim ſi aliud quiddam ſit, oportet exiſtere viſionem: ſin verò nō ſit aliud, viſio erit inanis. Oportet itaque illic plura eſſe quàm vnum, vt ibi ſit viſio, & viſionem ipſam cum viſibili congredi: quódue à ſeipſo videtur, multitudinem quandam eſſe, neque penitus vnum. Quod enim prorſus eſt vnum, non habet in quid operetur, ſed ſolū ſingulareq; exiſtens quieſcit omnino. Qua enim ratione operatur, aliud reſultat & aliud. Nempe ſi nō aliud ibi ſit & aliud, quidnam faciet? quóue procedet? Quapropter oportet quicquid agit, vel circa aliud quiddam agere, vel ipſum eſſe multiplex: ſi modò in ſeipſo aliquid eſt acturum. Quòd ſi in aliud non proceſſerit, conquieſcet. Quando verò penitus conquieſcet, nihil prorſus intelliget. Quamobrem neceſſe eſt intelligentem, dum intelligit, in duobus ſaltem omnino verſari: atque aut duorum alterum externum eſſe, aut vtraque in eodem, ſemperque intellectionem in quadam (vt ita dixerim) alteritate verſari, & in quadam rurſus identitate.

A ΤΑΥ͂ΤΑ μὲν οὖν, ταύτῃ. εἰ δὲ τὰ ποιηθέντα μόνον, οὐ γὰρ ἂν ἦν ἔσχατα: ἐκεῖ δὲ πρῶτα τὰ ποιοῦντα, ὅθεν καὶ πρῶτα. δεῖ οὖν ἅμα καὶ τὸ ποιοῦν εἶναι καὶ ἓν ἄμφω. εἰ δὲ μὴ, δεήσει πάλιν ἄλλου. τί οὖν δεήσει πάλιν ἐπέκεινα τούτου; ἢ ὁ μὲν νοῦς τοῦτο. τί οὖν οὐχ ὁρᾷ ἑαυτόν; ἢ οὗτος οὐδὲν δεῖται ὁράσεως. ἀλλὰ τοῦτο εἰσύστερον. νῦν δὲ πά-
B λιν λέγομεν. οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐπιτυχόντος ἡ σκέψις. λεκτέον δὲ πάλιν τοῦτον τὸν νοῦν δεηθῆναι τοῦ ὁρᾶν ἑαυτόν. μᾶλλον δὲ ἔχειν τὸ ὁρᾶν ἑαυτὸν, πρῶτον μὲν οὖν, τὸ πολὺν εἶναι. εἶτα, καὶ τὸ ἑτέρου εἶναι. καὶ ἐξ ἀνάγκης ὁρατικὸν εἶναι, καὶ ὁρατικὸν ἐκείνου. καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ὅρασιν εἶναι. καὶ γὰρ ὄντος τινὸς ἄλλου, ὅρασιν δεῖ εἶναι. μὴ δὲ ὄντος, μά-
C την ἐστί. δεῖ τοίνυν, πλείω ἑνὸς εἶναι, ἵνα ὅρασις ᾖ. καὶ συνεκπίπτειν τὴν ὅρασιν, τῷ ὁρατῷ. καὶ τὸ ὁρώμενον τοῦ ὑπ' αὐτοῦ, πλῆθος εἶναι ἐν παντί. οὐδὲ γὰρ ἔχει τὸ ἓν πάντη εἰς τί ἐνεργήσει· ἀλλὰ μόνον καὶ ἔρημον ὂν, πάντῃ στήσεται. ᾗ γὰρ ἐνεργεῖ, ἄλλο καὶ ἄλλο. εἰ δὲ μὴ εἴη ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο τί καὶ ποιήσει. ἢ ποῦ προβήσεται. διὸ δεῖ τὸ ἐνεργοῦν, ἢ περὶ ἄλλο ἐνεργεῖν, ἢ αὐτὸ πολύ τι εἶναι,
D εἰ μέλλοι ἐνεργεῖν ἐν αὐτῷ. εἰ δὲ μή τι προελεύσεται, ἐπ' ἄλλο στήσεται. ὅταν δὲ πάοχν στάσιν, οὐ νοήσει. δεῖ τοίνυν τὸν νοοῦντα ὅταν νοῇ, ἐν δυσὶν εἶναι: καὶ ἢ ἔξω θάτερον, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ ἄμφω, καὶ ἀεὶ ἐν ἑτερότητι τὴν νόησιν εἶναι. καὶ ἐν ταυτότητι δὲ ἐξ ἀνάγκης.

Item

καὶ εἶναι τὰ κυρίως νοούμενα, πρὸς τὸν νοῦν καὶ αὐτὰ καὶ ἕτερα. καὶ πάλιν αὖ ἕκαστον τῶν νοουμένων, συνεκφέρει τὴν ταυτότητα ταύτην, καὶ τὴν ἑτερότητα. ἢ τί νοήσει, ὃ μὴ ἔχει ἄλλο καὶ ἄλλο. καὶ γὰρ εἰ ἕκαστον λόγος, πολλά ἐστι. καταμανθάνει τοίνυν ἑαυτὸ τὸ

*ποικίλων* * πικίλον ὀφθαλμὸν εἶναι, ἢ ποικίλων χρωμάτων. εἰ γὰρ ἑνὶ καὶ ἀμερεῖ προσβάλλοι, ἠλογήθη. τί γὰρ ἂν ἔχοι περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν, ἢ τί συνεῖναι. καὶ γὰρ εἰ τὸ ἀμερὲς πάντη εἰπεῖν αὐτὸν δέοι, δεῖ πρότερον λέγειν ἃ μή ἐστιν. ὥστε καὶ οὕτως πολλὰ ἂν εἶναι, ἵνα ἓν εἴη. εἶθ᾽ ὅταν λέγῃ εἰμὴ τὸ δὲ τὸ τόδε, εἰ μὲν ἕτερον τι αὐτοῦ ἐρεῖ, ψεύσεται. εἰ δὲ συμβεβηκὸς αὐτῷ, πολλὰ ἐρεῖ. ἢ τοῦτο ἐρεῖ εἰμὶ εἰμὶ, καὶ ἐγὼ ἐγώ. τί οὖν εἰ δύο μόνα εἴη καὶ λέγοι ἐγώ. ἢ ἀνάγκη πολλὴ δὴ εἶναι. καὶ γὰρ ὡς ἕτερα, καὶ ὅπῃ ἕτερα. καὶ ἀριθμὸς ἤδη, καὶ πολλὰ ἄλλα. δεῖ τοίνυν τὸ νοοῦν, ἕτερον καὶ ἕτερον λαβεῖν. καὶ τὸ νοούμενον κατανοούμενον ὂν, ποικίλον εἶναι. ἢ οὐκ ἔσται νόησις αὐτοῦ, ἀλλὰ θίξις. καὶ οἷον ἐπαφὴ μόνον, ἄρρητος καὶ ἀνόητος, προνοοῦσα οὔπω νοῦ γεγονότος, καὶ τοῦ θιγγάνοντος οὐ νοοῦντος. δεῖ δὲ τὸ νοοῦν, μηδὲ αὐτὸ μένειν ἁπλοῦν, καὶ ὅσῳ ἂν μάλιστα αὐτὸ νοῇ. διχάσει γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸ, κἂν σύνεσιν δῷ τὴν σιωπήν. εἶτα οὐδὲ δεήσεται, οἷον πολυπραγμονεῖν ἑαυτό. τί γὰρ καὶ μαθήσεται νοήσαν. πρὸ γὰρ νοῦ νοῆσαι ὑπάρχει, ὅπερ ἐστὶν ἑαυτῷ. καὶ γὰρ αὖ, πόθος τις καὶ ἡ γνῶσίς ἐστι. καὶ οἷον ζητήσαντος εὕρεσις. τὸ τοίνυν διάφορον, πάντη αὐτὸ πρὸς αὐτὸ μένει, καὶ οὐδὲν ζητεῖ περὶ αὐτοῦ: ὃ, δ᾽ ἐξελίττει ἑαυτὸ, καὶ πολλὰ ἂν εἴη.

A Item quæ propriè præcipueq; intelliguntur ad mentem ſe habere tanquam eadem ſimul atq; diuerſa. Rurſusq; intellectorũ quodlibet identitatem alteritatemq; quandã ſecum ſimul afferre: alioquin quidnam intelliget, niſi aliud in ſe aliudq; contineat? Etenim ſi vnumquodq; ſit ratio quædam, nimirum iam eſt multa. Percipit ergo ſeipſum veluti varium quendã oculum, vel aliquid varijs coloribus inſignitum. Si enim vni prorſus impartibiliq; ſe applicet, ſer-
B mone rationeque vacabit. Quid enim de hoc ipſo vel dicere vel perpendere poterit? Atqui ſi ipſum indiuiſibile oporteat ſe omnino indiuiſibile affirmare, oportebit prius quæ ipſum non eſt, numerare. Quapropter ſic quoque eſſe multa continget, vt ſit & vnum. Præterea quando dicit de ſe, ego id ſum: hoc ipſum id vel tanquam aliud quiddam præter ſe profert: atq; ita mentitur, vel tanquam aliquid ſibi accidens: & ita ſe multa decernit, vel fortè ita dicet, ſum in-
C quam, ſum ego, inquam ego. Quid ergo? Aut duo quædam hîc ſolùm erunt: itaq; dicet de ſe ego atq; hoc: aut neceſſe erit eſſe aliquid multiforme. Iam verò hæc tanquam diuerſa diſcernet, & qua ratione diuerſa. itaq; numerus hîc iam, & alia multa contingent. Eſt igitur neceſſarium intelligentem aliud aliudque accipere: atq; id quod intellectum eſt, velut intelligentia ipſa diſcretũ in ſe eſſe diuerſum: alioquin nulla ipſius erit intelligẽtia: ſed tactus & velut ictus
D quidam ſolùm talis, vt neque dici poſsit, neq; dicere, & abſq; intellectu (vt ita dixerim) præintelligat: quippe cum nondum natus ſit intellectus, & qui illic attingit, nondum intelligat. Oportet autem intelligentem neq; ipſum quidem ſimplicem permanere, præſertim quando ſe prorſus intelligit. Diuidit nanque ſeipſum, etiam ſi intelligẽtiam ſilentium eſſe quis dixerit. Præterea quod eſt omnino ſimplex, varia non indiget cura per quam ſeſe apprehendat.
E Quid enim apprehendet, ſi quando ſe intellexerit? Prius enim quàm mente vtatur ad ſeipſum intelligendum, penes ſeipſum omnino quod eſt exiſtit. Deniq; cognitio ipſa deſiderium quiddam eſſe videtur, & quaſi inuentio quædã indaginem comitans. Quod igitur nullam ad ſe intra ſe differentiam habet, vndiq; conquieſcit, neq; de ſe aliquid inueſtigat: quod autem ſeipſum explicat & euoluit, nimirum eſt in ſe multiplex.

*Cum in intellectu primo ſit numerus multorum abſolutè inter ſe differentium, neceſſe eſt ſuper hunc eſſe principium aliud ſimpliciter vnum, id eſt penitus ſimpliciſsimum.* *Cap. XI.*

*Niſi in prima eſſentia, vita, intelligentia inter ſe aliqua ratione differrent eſſe, viuere, intelligere, non facilè in ordine rerum tria hæc tam diuerſa colent, vt eſſe quidem maximè omnium commune ſit, intelligere verò minimè, viuere mediocriter. Intellectus ipſe nihil aliud eſt quàm viſus aliquis ad primum lumen ſuum ita directus, vt viſus corporeus eſt ad ſuum: qualiumcunq; perfectione corporeus viſus augeatur, ſemper lumine inferior erit. Similiter intellectus tandem conſummatiſs. à lumine ſuo, id eſt veritate ipſoq; bono videtur adhuc eſſe ſecũdus. Eſſentia tanquam omnium communiſsima, ideoq; poſt ipſam ſimplicitatem prima ſtatim ex vnitate procedit, ac præter ipſam eſſentiæ rationem præfert vnitatis illius imaginem quodammodo ab eſſentia differẽtem. Item huius imaginis auxilio conuertitur ad ipſum vnum atq; bonum, non intellectuali primum inſtinctu, ſed naturali potius & vitali. Ante hunc conuerſionis actum iam erat eſſentia pariter & imago: in ipſo conuerſionis actu apparet viuens, poſt hunc intelligens, dum ita conuerſa ſuſcipit ab ipſo bono donum. Cumq; bonum ipſum ſit ſuper omnia ſe ad omnia æqualiter habens, non ſuſcipit illinc aliquid omnium, ſed pariter omnia, præſertim cum ſit proximum ſuſceptaculum. Fit igitur forma hinc omniformis, ideales rerum formas habens inter ſe abſolutè diſtinctas: vnde poſt ſe procedit diſtinctio longè maior. In eodem momento multiformis, & intellectus efficitur. Intellectus deniq; cũ multitudinem rerum abſolutè differentium ſecum ferat, meritò à ſimpliciſsimo quodam principio ſuperiore dependet.*

HIC igitur intellectus multiplex euadit, quando ſupernum nititur intelligere. Tunc enim nitens ad ipſum dum ſe illi tanquam ſimplici applicare conatur, ab ipſa protinus illius ſimplicitate prolabitur, aliud ſemper accipiens in ſeipſo multiplicatum. Quapropter exorſus quidem eſt inde non tanquam intellectus ſed velut aſpectus nondum videns. Progreſſus eſt autem inde, quod interea multiplicauit in ſeipſo reportans, ideoq; aliud indeterminatè deſiderauit, habens in ſe nonnihil ipſius imaginarium: ſed tandem inde procedens reportauit aliud, quod ipſe multum reddidit in ſeipſo. Iám verò habet in ſe rurſus quandam ſpectaculi ipſius figuram, alioquin nunquam exponeretur ad hoc ipſum ſuſcipiendum. Sic itaq; ex vno multiplex iam euaſit: atque ita velut iam intellectus ſeipſum animaduertit, factusq; tūc eſt aſpectus denique videns. Id autem eſt tunc demum intellectus quando poſsidet, & tanquam intellectus habet. Antè hac verò deſiderium tantùm, & aſpectus informis: hic igitur intellectus ſeipſum intendit in illud: adeptus verò iam intellectus euaſit, ſemper autem afficitur efficiturq; eſſentia. Item intellectus intelligentiaq; poſteaquam intellexit, ſed prius non erat intelligentia, quando intelligibile non haberet: neq; dum intellectus, cùm nondum aliquid intelligeret. Quod autem ſuper hęc extat, horum principium eſt, non inſitum inquam his principium: ipſum namque principium à quo hæc fiunt, his minimè ineſt, ſed elementa ex quibus conflantur inſunt. Id autem à quo ſingula fiunt non eſt aliquid ſingulorum, ſed ab omnibus alienum. Non igitur eſt vnum aliquid omnium, ſed ante omnia: igitur & ante mentem, nam intra mētem ſunt omnia. ideoq; hac inſuper ratione eſt ſupra mentem. Quinetiam ſi quæcunque ſunt poſt ipſum, omnium habent ordinem, & ſic quoq; omnibus eſt ſuperius, nimirum oportet nullum eorum quibus eſt ſuperius eſſe. Ipſum ergo mentem non appellabis, ſed neq; etiam ipſum bonum, ſi fortè ipſum bonum vnum aliquid ſignificet omnium: ſin autem ſignificet ſuper omnia, ita liceat appellare. Quamobrem ſi intellectus quatenus euadit multiplex fit intellectus, atq; ipſa intelligentia ſui etiam ſi ex ipſo procedat, tamen velut accedendo multiplicat, oportet quod eſt omnino ſimplex omniumq; primum, eſſe mente ſuperius. Etenim ſi intelligat, nequaquam ſuperius intellectu, ſed intellectus erit. Præterea ſi intellectus erit, erit etiam multitudo.

A ΔΙΟ' καὶ ὁ νοῦς οὗτος ὁ πολὺς, ὅταν τὸ ἐπέκεινα ἐθέλῃ νοεῖν. εἰ μὲν οὖν αὐτὸ ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐπιβάλλειν θέλων ὡς ἁπλῷ ἔξεισιν, ἄλλο ἀεὶ λαμβάνων ἐν αὐτῷ πληθυνόμενον. ὥστε ὥρμησε μὲν ἐπ' αὐτῷ, οὐχ ὡς νοῦς, ἀλλ' ὡς ὄψις οὔπω ἰδοῦσα. ἐξῆλθε δὲ ἔχουσα, ὅπερ αὐτὴ ἐπλήθυνεν. ὥστε ἄλλου μὲν ἐπεθύμησεν ἀορίστως, ἔχουσα ἑαυ- B τῇ φάντασμά τι. ἐξῆλθε δὲ ἄλλο λαβοῦσα ἐν αὐτῇ αὐτὸ πολὺ ποιήσασα. καὶ γὰρ αὖ ἔχει τύπον τοῦ ὁράματος, ἢ οὐ παρεδέξατο ἐν αὐτῇ γενέσθαι. οὗτος δὲ πολὺς, ἐξ ἑνὸς ἐγένετο. καὶ οὗτος ὡς γνοὺς εἶδεν αὐτό. καὶ τότε ἐγένετο, ἰδοῦσα ὄψις. τοῦτο δὲ ἤδη νοῦς, * ὅτε ἔχει. καὶ ὡς νοῦς ἔχει. πρὸ δὲ τούτου ἔφεσις μόνον, καὶ ἀτύπωτος ὄψις. *ὅ,τι
οὗτος οὖν ὁ νοῦς, ἐπέβαλε μὲν ἐκείνῳ. λα- C βὼν δὲ, ἐγένετο νοῦς. ἀεὶ δὲ ἐνδιαθέμενος καὶ γενόμενος, καὶ νοῦς, καὶ οὐσία, καὶ νόησις, ὅτε ἐνόησε. πρὸ γὰρ τούτου, οὐ νόησις ἦν, τὸ νοητὸν οὐκ ἔχων. οὐδὲ νοῦς, οὔπω νοήσας. τὸ δὲ πρὸ τούτων, ἡ ἀρχὴ τούτων, οὐχ ὡς ἐνυπάρχουσα. τὸ γὰρ ἀφ' οὗ, οὐκ ἐνυπάρχει, ἀλλ' ἐξ ὧν. ἀφ' οὗ δὲ ἕκαστον, οὐχ ἕκαστον. ἀλλ' ἕτερον ἁπάντων. οὐ τοίνυν ἕν τι τῶν πάν- D των, ἀλλὰ πρὸ πάντων. ὥστε καὶ πρὸ νοῦ. καὶ γὰρ αὖ νοῦ ἐντὸς τὰ πάντα. ὥστε καὶ ταύτῃ πρὸ νοῦ. καὶ εἰ τὰ μετ' αὐτὸν δὲ τὴν τάξιν ἔχοι τὴν τῶν πάντων, καὶ ταῦτα πρὸ πάντων, οὐ δεῖ δὴ πρὸ ὧν ἐστι, τούτων ἕν τι εἶναι. οὐδὲ νοῦν αὐτὸν προσερεῖς. οὐ δὲ τἀγαθὸν οὖν, εἰ σημαίνοι * ἕν τι τῶν πάντων τἀγαθόν. οὐδὲ τοῦτο. εἰ δὲ τὸ πρὸ πάντων, ἔστω *ἕν τι
οὕτως ὠνομασμένον. εἰ οὖν νοῦς, ὅτι πολύς E ἐστι. καὶ τὸ νοεῖν αὐτὸ οἷον παρεμπεσὸν καὶ ἐξ αὐτοῦ ᾖ, πληθύει. δεῖ τὸ πάντῃ ἁπλοῦν καὶ πρῶτον ἁπάντων, ἐπέκεινα νοῦ εἶναι. καὶ γὰρ εἰ νοήσει, οὐκ ἐπέκεινα νοῦ, ἀλλὰ νοῦς ἔσται. ἀλλὰ εἰ νοῦς ἔσται, καὶ αὐτὸ τὸ πλῆθος ἔσται.

*Agit contra illos qui in primo rerum principio eſſentiam quidem vnam ponunt, actus verò multos inter ſe abſolutè diſtinctos.* *Cap. XII.*

*Aut enim eſſentia & actus inter ſe differunt, aut non. Si differunt, eſſentia ſecundum ſe imperfecta eſt, videlicet perficienda per actum: ſi nullo modo differunt, ſicut actus eſt multiplex, quia videlicet abſolutè multiplex, ſic & multiplex eſt eſſentia. Argumentatio hæc Plotini ad diuum Thomam trinitatem relationibus diſtinguentem nihil pertinet. Vtrum verò Scotum tangat ſui viderint, & reſpondeant: ſpero enim optimè reſponſuros. Super multitudinem neceſſariò vnum eſt, ac ſuper vnum aliquid eſt ipſum ſimpliciter vnum. Quoniam igitur eſſentia, vita, intelligentia eſt aliquid vnum id eſt, vna eſſentia, vna vita, vna intelligentia: ideo Plotinus his anteponit ipſum abſolutiſsimè vnum, quod nullo actu vel affectu medio procreet omnia, ſed ipſomet ſimplicitatis abſolutiſsimæ ſtatu. Plotinus de Deo negat omnem eum numerum, qui naturam multiplicat compoſitamq; declarat. Relationum*

*verò*

*verò numerus apud Chriſtianos inuentus id minimè facit: negat certè omnem numerum qui eſſe poſsit in entibus, & qui definiri. Numerus verò in diuina vnitate poſitus à Chriſtianis non eſt in entibus. Neq; enim in prædicamentis vllis, neq; in tranſcendentibus reperitur. Tum verò quicunq; fingatur, non eſt ille, neq; eſſentiarum numerus eſt, neq; formarum vel qualitatum vel ſimilium: ac ſi dixeris perſonarum, diuina id auctoritate dices: verumtamen quid velis explicare non poteris: ſimiliter ſi dicas proprietatum, & qui inquit relatione diſtingui; ipſemet fatebitur, myſterium ſic illud ſe nō aſſequi: item qui dixerit abſolutè differre, id definire verebitur: myſteriū deniq; diuinitati credendum. quod & Nicolaus Græcus philoſophus defendit ſtrenuè contra Proculum.*

ΚΑΙ' τί κωλύει οὕτω πλῆθος εἶναι, ἕως ἐστὶν οὐσία μία. τὸ γὰρ πλῆθος, οὐ συνθέσεις, ἀλλ' αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ τὸ πλῆθος. ἀλλ' εἰ μὲν αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ μὴ οὐσίαι, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἔρχεται, οὐ πλῆθος μὲν, ἀτελὲς δὲ πρὶν ἐνεργῆσαι τῇ οὐσίᾳ. εἰ δὲ ἡ οὐσία αὐτοῦ ἐνέργεια, ἡ δὲ ἐνέργεια αὐτοῦ τὸ πλῆθος, τοσαύτη ἔσται ἡ οὐσία αὐτοῦ, ὅσον τὸ πλῆθος. τοῦτο δὲ, τῷ μὲν νῷ συγχωροῦμεν, ᾧ καὶ τὸ νοεῖν ἑαυτὸ ἀπεδίδομεν. τῇ δὲ ἀρχῇ πάντων, οὐκ ἔτι. δεῖται δὲ πρὸ τοῦ πολλοῦ τὸ ἓν εἶναι, ἀφ' οὗ καὶ τὸ πολύ. ἐπ' ἀριθμοῦ γὰρ παντὸς, τὸ ἓν πρῶτον. ἀλλ' ἐπ' ἀριθμοῦ μὲν οὕτως φασί. σύνθεσις γὰρ τὰ ἑξῆς. ἐπὶ δὲ τῶν ὄντων τίς ἀνάγκη ἤδη, καὶ ἐνταῦθα ἕν τι εἶναι, ἀφ' οὗ τὰ πολλά. ἢ διεσπασμένα ἔσται ἀπ' ἀλλήλων τὰ πολλὰ, ἄλλο * ἄλλο ὅθεν ἐπὶ τὴν σύνθεσιν κατὰ τύχην ἰόν. ἀλλ' ἐξ ἑνὸς τοῦ νοῦ ἁπλοῦ ὄντος, φήσουσι τὰς ἐνεργείας προελθεῖν. ἤδη μέν τι ἁπλοῦν τὸ πρὸ τῶν ἐνεργειῶν τίθενται. εἶτα τὰς ἐνεργείας μενούσας ἀεὶ, καὶ ὑποστάσεις αἰσθήσονται. ὑποστάσεις δὲ οὖσαι ἕτεραι ἐκείνου ἀφ' οὗ εἰσιν ἔσονται. μένοντος μὲν ἐκείνου ἁπλοῦ, τοῦ δὲ ἐξ αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ πλήθους ὄντος, καὶ ἐξηρτημένου ἀπ' ἐκείνου. εἰ μὲν γὰρ ἐκείνου, πόθεν ἐνεργήσαντος αὗται ὑπέστησαν, κἀκεῖ πλῆθος ἔσται. εἰ δ' αὐταί εἰσιν αἱ πρῶται ἐνέργειαι τὸ δεύτερον ποιήσασαι, ποιήσασαι δὲ ἐκεῖνο ὃ πρὸ τοῦ τῶν ἐνεργειῶν ὂν, ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν τῷ δευτέρῳ τῷ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν συστάντι τὰς ἐνεργείας, ἃς παραχωρῆσαι, ἄλλο γὰρ αὐτὸ, ἄλλο αἱ ἐνέργειαι αἱ ἀπ' αὐτοῦ. ὅτι, μὴ αὐτοῦ ἐνεργήσαντος. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἔσται ἡ πρώτη ἐνέργεια ὁ νοῦς. οὐ γὰρ οἷον προθυμηθῆ νοῦν γενέσθαι. εἶτα ἐγένετο νοῦς, τῆς προθυμίας μεταξὺ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ γεννηθέντος νοῦ γενομένης. οὐδ' αὖ ὅλως προθυμηθῆ. οὕτω τε γὰρ ἦν ἀτελής. καὶ ἡ προθυμία, οὐκ εἶχεν ὅτι προθυμηθῆ. οὐδ' αὖ τὸ μὲν εἶχε τοῦ πράγματος, τὸ δὲ οὐκ εἶχεν. οὐδὲ γὰρ ἦν τι, πρὸς ὃ ἡ ἔκτασις. ἀλλὰ δηλονότι, εἴ τι ὑπέστη μετ' αὐτὸν, μένοντος ἐκείνου ἐν τῷ αὐτοῦ ἤθει ὑπέστη. δεῖ οὖν ἵνα τι ἄλλο

* ἄλλῳ

A OBIICIET autē ſic fortè aliquis, quidnā prohibet ipſum ſic multitudinē eſſe, modò vna interim ſit eſſentia? Multitudo enim non compoſitionem huic inducit. Actus enim quidam ipſius ſunt multitudo. Sed huic ita reſpondeatur: Si actus quidem eius non ſunt eſſentiæ, ſed ex potentia quadam prodit in actum, nō multitudo quidē erit, ſed erit nihilominus imperfectum, quantum ad eſſentiam ſpectat, antequā agat. B Sin autem eſſentia ipſius eſt actus, actus verò eſt multitudo, tam multiplex eius eſſentia erit, quàm multiplex eius eſt actus. Hoc autem menti quidem cōcedimus, cui ſui ipſius cognitionem attribuimus, omnium verò principio minimè. Neceſſarium enim eſt ante multitudinem eſſe vnū, à quo multitudo proueniat, omni nanq; numero prius eſt vnum. Sed objiciant hîc aliqui, in numero quidem ita ſe rem habere: quippe cùm quę ibi deinceps ſequūtur vnū, C compoſitiones quædam ſint, in ordine verò rerum neceſſarium non videri vnum exiſtere, à quo multa proficiſcatur. ſed his ita nos reſpondebimus: Si rerum ordini non præſit vnum, multa inter ſe fore diſperſa, aliudq; aliunde forte quadam in congeriem concurſurum. Proinde afferent ex vno quodam intellectu in ſe ſimplici, actus progredi multos. Verumtamen id quod ante hos actus exiſtit, eſſe ſimplex aſſeuerabunt: deinde cognoſcent actus ſemper exiſtentes eſſe ſubſtantias quaſdam, ſiue ſup- D poſita quædam. Cùm verò ſuppoſita quædam ſint, nimirum diuerſa erunt ab eo, à quo procedunt: manente quidem illo ſimplici dum quod procedit ab eo, multitudo quædam in ſe euadit, pendetq; ex illo. Quòd ſi illo quodammodo operante, actus eiuſmodi inde ſubſiſtunt, illic quoque multitudo continget: ſin autem hi ſunt actus primi ſecundum quiddam conſtituentes, nihil prohibet illud actibus his ſuperius in ſeipſo conſiſtere, ſecundò autem ipſi E proximè inde mananti ex actibusq; compoſito, actuum numerum aſsignari: aliud nanque ipſum eſt, aliud ſunt actus ab illo, quoniam illo non agente proueniunt: alioquin intellectus non erit actio prima. nō enim ipſum vnum exoptauit quidem primò mentem fieri, deinde facta mens eſt, quaſi affectus eiuſmodi velut medius interuenerit inter genitorem ipſum, mentemq; inde naſcentem. neq; enim illic affectus eſt vllus. Sic enim & exoptans ille imF perfectus foret, & ſtudium eius nondum quod optat prorſus haberet: neq; rurſus partim quidem voti compos eſt, partim verò non compos: quippe quum nihil ſit vſquam, ad quod flectat affectum. Sed profectò ſi quid poſt ipſum ſubſtitit, manente illo in habitu proprio, ſubſtitit. Oportet itaque vt aliud quiddam inde

ſubſiſtat, illud prorſus in ſeipſo quieſcere: alio- A
quin ante moueri, mouebitur, & ante intelli-
gere intelliget, vel ſaltē primus illius actus im-
perfectus erit: quippe quū impetus aliquis tan-
tùm ſit futurus. Sed ad quídnam ſic ferri po-
teſt? quidúe nuper aſſequi? Iam verò ſecun-
dum rationē potius licet aſſerere actum quen-
dam ab illo cōſiſtente profluere, ſicut à ſole lu-
men, intellectum ſcilicet, omnemq́; naturam
intelligibilem, ipſum verò in ſummo intelligi-
bilis mundi vertice conquieſcens in eo regna- B
re, non ſegregans à ſeipſo quod inde micat: vel
lumen aliud ponemus ſuper lumen, quod qui-
dē ſemper manendo intelligibili fulgeat. Quod
enim ex ipſo micat, neq; ſegregatur ab illo, neq;
rurſus eſt idem, neq; etiam tale eſt, vt non ſit eſ-
ſentia, vel quaſi quiddam cæcum, ſed videt qui-
dem, cognoſcitq́; ſeipſum, primumq́; cogno-
ſcens eſt. Illud autem quemadmodum eſt ſu-
